3 CASSINENSIS Eccleſiæ ſtatus, in v. Nullus, n. 18. de Paroch. 305
3 Caſtrum Cetrarii in quo Abbas Caſſinenſis exercet utranque juriſdictionem, non poteſt ab Epiſcopo viſitari, ib. n. 42. 307
3 Caſtrum de Baloco exemptum eſt a juriſdictione Epiſcopi Burgi S. Sepulcri, in cap. Cum dilectus, num. 35. de Relig. domib. 499
3 CASTALDI, Syndici, Procuratores, Vicedomini, & alii haben-

Digitized by Google

bentes onus officio annexum, ut Præpoſiti Eccleſiæ Carnoten. dicuntur habere officium, in c. Ad hæc, n. 54. de præb. 88
5 CASTIGATIO levis dicitur, ſi fiat cum molli cingulo, in c. Ad audientiam, n. 52. de homic. 131
5 Caſtigatio non ſit moderata pœnæ, judicis arbitrio relinquitur, ib. n. 13. & ſeqq. 135
5 Caſtigatio levis in robuſto, poteſt eſſe gravis in debili, vel infirmo, ib. n. 14. 531
5 Caſtigatio dicitur gravis, aut levis ex genere inſtrumenti, ib. n. 15. 532
5 Item ex parte corporis, in qua quis percutitur, ib. n. 16. 532
5 CASTRUM obſidens non animo detinendi in cuſtodia, Clericum ibi exiſtentem, ſed capiendi caſtrum, vel faciendi Clerico verecundiam, non eſt excommunicatus, in c. Nuper, n. 10. de ſent. excomm. 344

*Caſus reſervati.*

5 Caſus Papæ reſervati qui ſint, remiſſive, in c. Sicut unire, n. 7. de exceſſ. Prælat. 207
5 Caſus, quibus annexa eſt excommunicatio, non debet Epiſcopus ſibi promiſcue reſervare propter ſequentiam, ſcandalum, vel aliam neceſſariam cauſam, in cap. Nuper, n. 25. de ſent. excomm. 346
3 Opinio Navarri, & nonnullorum Theologorum circa diſpenſationes in caſibus Sedis Apoſtolicæ reſervatis, refellitur in c. Nimis, n. 27. de fil. Presbyt. 479
Caſus violationis immunitatis Eccleſiæ.
Vide in ver. *Immunitas Eccleſiæ quoad pœnam.*
5 Caſuum reſervatio non requirit formalitatem verborum, & poteſt fieri per relationem ad aliud, in c. Cum pro cauſa, n. 24. & ſeqq. de ſent. excomm. 339
Caſus violationis libertatis Eccleſiæ.
Vide in ver. *Libertas Eccleſiaſtica.*
*Excommunicatio reſervata, vel non.*
5 Regulares ab Epiſcopo approbati cum facultate abſolvendi a caſibus illi reſervatis an poſſint abſolvere confluentes ex aliena diœceſi a reſervatis in diœceſi pœnitentium duntaxat, in c. Omnis utriuſque, num. 78. & ſeqq. uſque in fin. de pœnit. & remiſſ. 314
1 Caſus eventitii non computantur, in c. Cum tempore, n. 34. & ſeqq. de arbitr. & in cap. cum Terra, num. 15. de elect. pag. 697
3 Caſus repentini æquiparantur neceſſitati, quæ non ſuccumbit legi, in c. Relatum, n. 37. de Cler. non reſiden. 33
1 Caſus mortis, ægritudinis, ceſſionis, & abſentiæ æquiparantur, in c. Nullos, n. 54 de elect. 221
5 Caſus eſt in agente præter intentionem, in c. Ad audientiam, n. 57. de homic. 135
5 Caſus venientes ex aliquo opere præter operationis intentionem non ſunt voluntarii, niſi per accidens, ib. n. 58. 135
5 Caſus omiſſus in lege nova remanet in diſpoſitione juris antiqui, in c. Nuper, n. 28. de ſent. excomm. 316
5 Caſus eventitii attendi, & conſiderari non debent, in c. Sicut unire, n. 42. de exceſſ. Prælat. 210
3 Caſus exceptus a jure communi, extenditur ad alios caſus conſimiles, in c. Ad audientiam, n. 5. de Cler. non reſid. 60
3 Caſus non proviſus a ſtatuto, relinquitur in diſpoſitione juris communis, ib. n. 6. 60
4 Caſus omiſſus habetur pro expreſſo, ſi in eo concurrat ſimilitudo, vel identitas rationis, in cap. Vir qui, n. 20. de conſang. & affinit. 74
4 Idem ſi aliàs ſequeretur abſurdum, ib. n. 25. 74
3 Caſus omiſſus in fidei commiſſo, relinquitur diſpoſitioni juris communis, in c. Petiatum, n. 20. de Jurepatr. 509
2 Caſuum fortuitorum renunciatio non validatur juramento ob defectum conſenſus in c. Veniens, n. 17 de Jurejuran. 573
5 Caſus non imputatur danti operam rei licitæ, in c. Quidam, n. 8. de homic. 141
1 Caſus nullus reperitur, in quo Concilium habeat auctoritatem in eum qui certus ſit Pontifex, in c. Significaſti, num. 70. de elect. 219
1 Catechiſmus Romanus quid ſenſerit de Clericali Tonſura, in c. cum contingat, n. 40 & 133. de ætat. & qualit. 420
4 Catechiſmus parit impedimentum impediens contrahendum, ſed non dirimens contractum, in c. Veniens, n. 20. de Cognat. ſpirit. 65
CATHALANI, & Francigenæ veſcentes carnibus in die Sabbati.
Vide ſupra in verbo *Carnes.*
1 CATHEDRALES, vel Metropolitanas plures in titulum, ſive commendam nemo poteſt recipere, & ſimul retinere, in c. Dudum, il ſecondo, n. 36 de elect. 270
1 Cathedralem unam in titulum obtinenti an poſſit commendari altera, non obſtante Concilio Tridentino, in c. 2. ſeſſ. 7. ib. n. 37. 270
1 Cathedralem unam obtinens in titulum an poſſit habere aliam in commendam ad tempus, vel eſſe illius Procurator, ib. n. 40. 275
1 Cathedrales Eccleſiæ, & Monaſteria excedentia valorem ducentorum ducatorum auri ſunt Papæ reſervata per ſecundam Regulam Cancellariæ, in c. Nullus, n. 7. de elect. 218
1 Cathedralis Eccleſiæ ſtatus deducitur ex electione Vicarii Capitularis, c. Cum certum, n. 32. de major. & obed. 610
1 Cathedralem unam in titulum obtinere, & aliam in commendam an adverſetur Concilio Tridentino, in c. 2. ſeſſ. 7. in c. Bonæ memoriæ, n. 28. de poſtul. Prælat. 212
3 Cathedralis Eccleſia ſi habeat limitatam Parochiam, fundat intentionem in perceptione decimarum in totum infra ſuos limites, in c. cum contingat, n. 27. de decim. 318
3 Idem ſi decimæ non ſint in Parochia alicujus Eccleſiæ, ibidem num. 28. 318
3 Idemque ſi Parochiæ non ſint diſtinctæ, aut in diœceſi non ſit alia Parochia, quam Cathedralis, ib. n. 29 & ſeq. 318
3 CATHEDRATICUM non eſt ſublatum a Concilio Tridentino, non tamen ſolvi debet in viſitatione, ſed extra, & in Synodi celebratione, in c. Venerabili, n. 16. de cenſib. 551
5 Ad Cathedraticum Monaſteria non tenentur utpote exempta a lege diœceſana, ſed eorum Capellæ ſolvunt hoc nomine duos ſolidos, in c. Conquerente, n. 43. de off. Ordin. 588
1 Cathedraticum, ſeu Synodaticum cur ita appellatum, ib. n. 44 & 53. 588
1 Pro Cathedratico ad cujus monetæ æſtimationem duo ſolidi ſint ſolvendi, ib. n. 49. 588
1 Cathedraticum an ſit ſublatum a Concilio Tridentino, ib. n. 48 & ſeqq. uſque in fin. 588
1 Eſt de juribus Epiſcopalibus, & adeo privilegiatum, ut in eorum præſcribi non poſſit, ib. n. 49. 588
1 Non comprehenditur in generali diſpoſitione, niſi de ea fiat mentio ſpecialis, ib. n. 59. 589
1 Fuit introductum ex Concilio Brachareoſi ſecundo, ibidem numer. 51. 589
1 Cathedraticum eſt cenſus duorum ſolidorum, qui ſolvuntur Eccleſiæ Cathedrali in ſignum ſubjectionis, & honorem Cathedræ, ib. n. 52. 589
1 Non exigitur in Viſitatione, ſed in Synodo, ib. n. 53. 589
5 Eſt de lege diœceſana, Viſitatio de lege juriſdictionis, ibidem n. 54. 589

*Cauſa, communia.*

4 Cauſa quantumcunque rationabilis defectum poteſtatis non ſupplet, in c. Utrum autem, n. 19. & 22. de cognat. ſpirit. 60
1 Cauſa principalis ſemper eſt potior effectu, in c. Significaſti, n. 20. de elect. 254
1 Cauſa utilitatis, vel neceſſitatis in diſpenſatione Epiſcopi debet eſſe magna, in c. Nimis, n. 7 de fil. Presbyt. 476
1 Cauſa magna de novo emergens, & impedimentum recurſus non ſufficiunt ad diſpenſandum, niſi periculum ſit in mora, ib. n. 28. 479
1 Cauſarum diſſimilium diſſimiles debent eſſe effectus, in c. cum pridem, n. 48. de pactis. 651
1 Cauſa expreſſa in lege, vel diſpenſatione, cenſetur rationabilis, niſi ſit manifeſtus error, in c. cum veniſſet, §. Per frontis n. 6. de ſacr. Unct. 454
5 Cauſa etiam injuſta excuſat quem a contumacia, in c. Nuper, n. 18. de ſent. excomm. 345
3 Cauſa per effectum cognoſcitur, & demonſtratur, & per exteriora de interioribus judicatur, in c. Quod Dei timorem, n. 8. de ſtat. Monachor. 471
1 Cauſa præſumitur in Principe etiam in his, quæ competunt alicui de jure gentium, vel de jure Divino, ubi ſolitum eſt diſpenſari, in c. Quanto, n. 22. de tranſlat. Epiſcopi 325
1 Continentia cauſæ non debet dividi, in c. Magnus, n. 42. de obligat. ad ratiocin. 489
1 Declaratur, ib. n. 49. 490
5 Cauſa eadem contrariorum naturaliter eſſe non poteſt, in cap. Nobis, n. 63 de Simon. 63 47
5 Cauſa tercedens, rei finem imponit, & perſeverans eam ampliat, & extendit, in c. Parentibus, n. 11. de privil. 248

*Cauſæ delegatio.*

1 Cauſæ ab Apoſtolica Sede delegantur Canonicis Cathedralium, non autem Collegiatarum Eccleſiarum, in cap. Cum in cunctis, n. 80. de elect. 250
Vide in ver. *Delegatio, delegatus.*
5 Cauſæ a Sede Apoſtolica quibus ſint committendæ ex Concilio Lugdunenſi, in cap. Cum olim, il ſecondo, n. 7. de privilegiis. 251
Et an ſint committendæ Monacho Eccleſiæ Cathedralis Monachalis.
5 Et quid ex Conſtitutione Bonifacii VIII. & ex Concilio Tridentino, ib. n. 8 & 12. 252
Vide in ver. *Monachus, communia.*

*Cauſa Eccleſiaſtica.*

1 Cauſa ſpiritualis ſimul Clerico, & laico delegari non poteſt, in c. Contingit, n. 10. de arbitr. 609
1 Cauſa ſpiritualis quamvis non poſſit tranſigi, poteſt tamen amicabiliter componi, ib. n. 30. 611
1 Cauſæ Eccleſiarum per Conſtitutiones laicorum diffiniri non debent, in c. Eccleſia S. Mariæ, n. 1. de Conſtit. 119
3 Cauſa individua plurium laicorum, & unius Clerici agi debet coram Eccleſiaſtico, in c. Cum propter, num. 58. de Jurepatr. 533
1 Cauſæ Eccleſiaſticæ dicidendæ ſunt ſecundum Canones, & non ſecundum leges, in c. Canonum ſtatuta, num. 49. de Conſtitut. 19
1 Cauſa etiam in foro ſeculari ſecundum Canones eſt decidenda, ſi de re Eccleſiaſtica agatur actione reali; ſecus ſi actione perſonali, ib. n. 50. 19
1 Sed in præparatoriis judiciis indiſtincte ſervandæ ſunt leges fori, ubi cauſa ventilatur, ib. n. 51. 19
1 Cauſæ Eccleſiaſticæ, quæ coram Judice laico tractari poſſint, dicuntur ratione perſonæ, delicti, aut rei, in cap. Clerici, n. 15. & ſeq. de poſtulat. 671
3 Cauſæ matrimonii, legitimitatis, juriſpatronatus, decimarum, & hujuſmodi, in judicando tractari non poſſunt niſi a Clericis, in c. Multa, n. 57. Ne Clerici, vel Monachi. 654
Vide in ver. *Cauſa matrimonialis.*
Et in ver. *Cauſa natalium.*
1 Cauſæ contra debitores, emphyteutas, conductores, & cenſuarios

menſæ Epiſcopalis ſunt in foro Eccleſiæ, & judex Eccleſiaſticus eſt judex Ordinarius, in c. Noſti, n. 25. de elect. 264
3 Cauſa Eccleſiæ non dicitur propria ipſius Rectoris, in c. Cum Sacerdotis, n. 6. de poſtulan. 673

*Cauſa Epiſcoporum.*

2 Cauſæ criminales graviores contra Epiſcopos a ſolo Romano Pontifice cognoſcuntur; minores vero a Concilio provinciali, in c. Non poteſt, n. 4. de ſent. & re judicat. 182
2 Cauſa appellationis a mala Epiſcopi electione prius Rotæ commiſſa, in tertia inſtantia remittitur a Sanctiſſimo ad Congregationem Concilii, in c. Eam te, n 41. de ætat. & qualit. 407

*Cauſa feudales.*

Feudales cauſæ coram quibus ſint tractandæ.
Vide in verbo *Vaſſallus quoad forum.*

*Cauſa finalis, vel impulſiva.*

1 Cauſa, finalis conſtitutionis ceſſante, ceſſat ipſa conſtitutio, in c. Cum acceſſiſſent, n. 24 de conſtitut. 109
5 Cauſa in dubio an præſumatur finalis, vel impulſiva, in c. Ne pro dilatione, n. 49. de pœnit. & remiſſ. 384
2 Cauſa finalis in proœmio expreſſa regulat totam diſpoſitionem, in c. In præſentia, n. 11. de probat. 841
3 Ratio quando non eſt generalis ad omnes, eſt impulſiva, qua ceſſante non ceſſat conſtitutio, in cap. Dilecti, num. 33. de renunciat. 348

*Cauſa in Curia tractanda.*

2 Cauſæ quæ ſecundum Canonicas ſanctiones in Curia ſunt tractandæ, & ab Ordinariis cognoſci non poſſunt in prima inſtantia, quæ ſint in c. Licet, num. 30. uſque in finem de for. compet. 6d
2 Cauſæ beneficiorum reſervatorum cognoſcendæ apud Sedem, & ſunt de exceptis a Concilio, ſive emergant principaliter, & directe, ſive incidenter, ib. n. 31. 66
2 Cauſæ executivæ vigore obligationis Cameralis, aut literarum Apoſtolicarum, non ſunt de comprehenſis a Concilio, in c. 20. ſeſſ. 24. ib. n. 33. 66
2 Cauſa in prima inſtantia eſt cognoſcenda in Curia, ubi Papa providit de beneficio ut reſervato, vel alias, & Ordinarius providit ut de ſpectante ad ſuam collationem, ib n. 34. 6d
2 Cauſæ ad Curiam devolutæ ſemper ſunt exceptæ Decreto c. 20. ſeſſ. 24 ib. n. 36. 66
2 Cauſæ ad Curiam devolutæ, quæ dicantur, ib. n 37. 66
2 Cauſa de conſenſu Epiſcopi non poteſt in prima inſtantia in Curiam introduci, niſi partes etiam conſentiant, ib. n. 38. 66
2 Declaratur, ib. n. 39. 66
2 Concilium Tridentinum in c. 20 ſeſſ. 24. nihil imminuit Sedis Apoſtolicæ auctoritatem in cauſis cognoſcendis, ib. 35 66
2 Cauſa ſemel effecta Curialis nunquam exibit de Curia, niſi Papa illam deleget, vel ad Ordinarium remittat, in c. Verum, n. 25. de for. compet. 61
2 Delegatus a Papa ſi eſt mortuus, Ordinarius ſe intromittere non poteſt, ib n. 26. 61
2 Delegatus a Papa etiamſi nulliter procedat, cauſa remittitur ad Delegantem, ib n 27. dr
2 Cauſa miſerabilis perſonæ, quæ juxta Canonicas ſanctiones tractari debet in Curia, ut valide committatur, an requirat ſubſcriptionem Papæ, in c. Ex parte, n. 7. & ſeqq. uſque in finem de for. comp. 74
2 Cauſa in qua agitur de interpretatione literarum Apoſtolicarum apud Sedem eſt cognoſcenda, ib. n. 11. 75
2 Signaturæ juſtitiæ commiſſio ſufficit in cauſis, quæ in Curia tractari debent, ib. n. 12. 75

*Cauſa in prima inſtantia.*

2 Cauſæ etiam criminales ad forum Eccleſiaſticum pertinentes in prima inſtantia cognoſci debent coram Ordinario loci, & non coram alio, niſi de ipſius Ordinarii, & partium conſenſu, in c. Significaſti, n. 31. de foro compet. 78
2 Cauſæ civiles, & criminales ad Eccleſiam Cathedralem ſpectantes ratione directi dominii, quod habet in bonis ab ea in feudum conceſſis, an comprehendantur Decreto Concil. Trid. c. 20 ſeſſ. 24. in c. Verum, n. 28 & ſeqq. de for. compet. ds
2 Juriſdictio cumulativa Epiſcopi, & inferioris pertinet ad utrunque in prima inſtantia, & eſt locus præventioni, ibidem, num. 31. 61
2 Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes ex Concilio Tridentino infra biennium terminari debent, quo elapſo liberum eſt partibus Judices ſuperiores adire, in c. Venerabilis, n. 11. de judiciis. 32
2 Cauſæ tam civiles, quam criminales, ex Concilio Tridentino coram Ordinario infra biennium ſunt terminandæ, ibidem num. 15. 32
2 Quod non procedit in ordinario Commiſſario, ib n. 16. 32
2 Et quid ſi cauſa Ordinario fuerit delegata ad juriſdictionem exercitandam, ib. n. 17. 32
Vide in ver. *Inſtantia.*
5 Cauſæ majores Eccleſiæ ex Divina inſtitutione ad Romanam Eccleſiam referuntur, in c. Perniciolam, num. 5d. de Offic. Ordinar. 554
3 Majores Eccleſiæ cauſæ ad Romanam Eccleſiam ſunt referendæ, in c. Recolentes, n. 31. de ſtat. Monach. 467
3 Sedes Apoſtolica in cauſis majoribus magna circumſpectione, & maturitate procedere conſuevit, in c. Quanto, n. 74. de tranſlat. Epiſc. 322
2 Cauſæ commiſſio contra Epiſcopos debet eſſe ſpecialis, & manu Papæ ſignata, in cap. Pervenit, il primo, num. 26. de teſt. cogen. 1dt
3 Epiſcopi citari, vel moneri non poſſunt ad perſonaliter comparendum, niſi pro criminibus, pro quibus pœna depoſitionis veniret imponenda, ib. n. 29. 361

3 Cauſæ majores, & præſertim fidei, ſpectant ad Papam privative quoad omnes, in c. Majores, n. 2 de Baptiſ. 595
5 Cauſæ majores Eccleſiæ ad Papam pertinent non ex vi reſervationis Apoſtolicæ, ſed ex inſtitutione Divina, in c. Cum ex illo, nn. 2 de transl. Epiſcopi. 314
5 Et hæc auctoritas ab inferioribus acquiri non poteſt conſuetudine, aut præſcriptione etiam immemorabili, ib. n. 3. 314
2 Tranſlationes Epiſcoporum, ac Sedis mutationes ſunt ex majoribus Eccleſiæ cauſis, ib n 8. 315
Cauſæ criminales Epiſcoporum.
Vide in ver. *Cauſæ Epiſcoporum.*

*Cauſa matrimonialis, & criminalis.*

3 Cauſa matrimonii majores judices requirit, nec compoſitionem admittit, in c. Ex parte, n. 5. de Arbitr. 702
5 Cauſas matrimoniales cognoſcere eſt dignitatis Epiſcopalis, in c. Accedentibus, n 2 de exceſſ. Prælat. 215
5 Cauſarum matrimonialium cognitio acquiri poteſt nedum privilegio, ſed etiam conſuetudine legitime præſcripta, ibid. num. 3. 215
5 Et quid poſt Concilium Trident. ib. n 6. verſ. *Hodie vero.* 215
5 Cauſas matrimoniales, & criminales an poſſint cognoſcere Abbates nullius Diœceſis habentes ordinariam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Clerum, & populum, excluſis Epiſcopis, ib. n. 20. & ſeqq. uſque in fin. 21d
5 Cauſæ matrimoniales cum ſint graves, itidem, & criminales, non ſunt per quoſlibet tractandæ, ib. n. 21. 21d
5 Cauſæ matrimoniales olim committebantur inferioribus Prælatis juriſdictionem habentibus ordinariam, vel delegatam. ib. n. 30. 21d
5 Cauſæ matrimoniales, & criminales an olim ex ſtylo Curiæ committerentur Abbatibus, & an hic ſtylus ſervari debeat; ib. n. 3d. 217
3 Cauſæ matrimoniales exigunt majores judices, nec ſunt tractandæ ab inferioribus Prælatis ſine ſpeciali conceſſione, in c. Cum dilectus, n. 25. de Religioſ. domib. 408
3 Cauſæ matrimonii, legitimitatis, Juriſpatronatus, decimarum, & hujuſmodi in judicando tractari non poſſunt niſi a Clericis, in c. Multa, Ne Cler. vel Monach. n. 17. d54
3 Cauſæ matrimonialis tractatus, & cognitio ad Epiſcopum pertinet, in c. Ex publico, n. 2 de converſ. conjugat. 445
2 Cauſa natalium pendente coram Judice Eccleſiaſtico, quæſtio hæreditatis per ſecularem Judicem inchoari non debet, in c. Tuam, n. 1. & 6 de ordin. cognit. 102
2 Cauſa natalium ad Eccleſiam pertinet tam principaliter, quam incidenter, & per viam exceptionis, ib. n. 7. 102
2 Etiamſi de illa agatur poſt obitum parentum, ib n. 8 103
2 Cauſa natalium eſt ſpiritualis, & matrimonialis, ib. n. 10. pag. 103
2 Cauſa hæreditatis prout dependet a quæſtione legitimitatis, non pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, ib. n. 17. 103
2 Niſi coram Papa, vel coram Epiſcopo habente juriſdictionem temporalem in loco, in quo quæſtio legitimitatis, & hæreditatis ſimul proponatur, ib. n. 18 & 22. 103
2 Cauſa principalis, & incidens ubi ſunt tractandæ coram diverſis judicibus, pendentia incidentis ſuſpendit juriſdictionem in principali, ib. n. 19. & 22. 103
Vide in ver. *Quæſtio.*
2 Cauſa natalium, ſi ſit contentio, an quis ſit filius hujus, vel alterius, tractari poteſt coram judice laico, coram quo incidit, ſecus ſi ſit contentio, an matrimonium ſit contractum, ib. n. 41. & ſeqq. 105
2 In cauſa legitimitatis libellus qualiter formetur, ib. n. 42. 105

*Cauſa naturalis, & accidentalis.*

3 Ubi concurrunt duæ cauſæ, una naturalis, & alia accidentalis, prævalet naturalis, in c. Ad hæc, n. 20. verſ. *Nam ubi concurrunt*, de Off. Archid. 121
1 Cauſæ ordinariæ extra viſitationem ſunt cognoſcendæ, in c. Dilectus, il primo, n. 45 de Reſcript. 191

*Cauſa Regularium.*

Vide in ver. *Regulares quoad cauſas, & judicia.*
5 Cauſa remota quæ nullo modo eſt ordinata ad homicidium non parit irregularitatem, in cap De cetero, n. 12. de homicid. 128
5 Etiamſi præbens hujuſmodi cauſam det operam rei illicitæ, ib. n. 13. 128
5 Ars faciendi taxilles prohibita eſt, ib. n. 13. 128
5 CAUTELA mirabilis ad extorquendam confeſſionem a debitore, in c. Tuæ literæ, n. 62. de Cler. per ſalt. promot. 202
3 Cautela recipiendi pecuniam ab ingredientibus in Monaſterium ſine labe Simoniæ, in c. Non amplius, n. 25. de Inſtit. 574
1 Cautela ad dimittendum beneficium invito Epiſcopo, in c. Admonet, n. 18 de Renunc. 332
4 Cautela pro mulieribus contra viros, qui in matrimonio apponunt conditiones contra illius ſubſtantiam, in c. Si conditiones, n. 5. de condit. appoſ. 42
5 Cautela pro conferendis minoribus Ordinibus extra tempora, in c. De eo, n. 32. de tempor. Ordin. 357
3 CAUTIONIS nomine nuda promiſſio intelligitur; ſed cum additur idonea, vel ſufficiens, debet eſſe pignoratitia, vel fidejuſſoria, in c. Odoardus n. 69. de ſolut. 242
5 CELEBRANS in Eccleſia polluta non eſt ipſo jure ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus; ſecus in Eccleſia interdicta, in c. Tuarum, n. 4. de privileg. 245
5 Celebrans in loco interdicto, ſi Clericus eſt a beneficio deponitur; ſi Monachus, vel Monialis, in arctius Monaſterium detruditur, in c. Poſtulaſtis, n. 2. de Cler. excom. 195
3 CELERITER adverbium quid importet, in c. Non eſt vobis, n. 27 de Regul. 348
5 CENSURA de jure communi erat remedium ordinarium, poſt

a Con-

Concilium Tridentinum eſt extraordinarium, & in ſubſidium in c. Pervenit, n. 30. de Adult. 151
Vide in ver. *Excommunicatio in ſubſidium.*
2 Cenſura Eccleſiaſtica trahit ſecum executionem, & ab ipſa appellatur ad effectum devolutivum tantum, non autem ſuſpenſivum, in c. Super eo, il ſecondo, n. 46. de Appellat. 194
a Sed a comminata cenſura datur appellatio ad utrumque effectum ib. n. 47. 194
5 CENSUALIS contractus ad tempus limitatum an ſit de jure licitus, in c. In civitate, n. 13. & ſeq. uſque ad 18. de Uſuris 15d
5 Et quid ſi non agatur de cenſu antiquitus conſtituto, ſed de eo, qui conſtituitur tempore contractus, ib. n. 14. 15d
5 Et quid ſi emptor computatis ſolutionibus annuis totius temporis aliquid ultra pretiũ conventũ ſit receptutus, ib. n. 15. ſeq. 15d
5 Cenſualis contractus eſt illicitus, ſi excedat annuatim redditum, quem emptor de tanta pecunia in terra empta poſſet habere, ib. n. 17. & n. 30. 15d
5 Cenſualium redditũum emptiones omni tempore vitæ ſunt ſuſpectæ, ib n. 19. 156
5 Cenſuali contractui poſſunt accedere obligationes camerales, fidejuſſiones, & hypothecæ, ib. n. 29 157
5 In Contractu cenſuali non emitur res, ſed jus petendi penſionem ibid. num. 30 & 34. 157
5 Cenſualis contractus in quibus differat a contractu emphyteutico, ib. n. 34. 157
3 CENSUS ſolutio ſubjectionem arguit, in c. ſuæ dilectus, num. 24. de Relig. Domib. 498
5 Cenſus vitalitius, in quo perpetuo pecunia fit recipientis, ſortitur naturam emptionis, in c. Navigandi, n. 43 de Uſur. 163
Cenſualis contractus.
Vide in ver. *Contractus Cenſualis.*
5 Cenſus pecuniarius certi, & determinati temporis ſupponitur Bullæ S. Pii V. in c. In civitate, n. 18 de Uſuris. 15d
5 Cenſualium redditũum emptiones omni tempore vitæ ſunt ſuſpectæ, ib. n. 19. 156
5 Bulla Nicolai V. ſuper emptionibus cenſuum in Regno Siciliæ ad rationem decem pro centenario continet diſpenſationem, ib. numer. 20. 156
5 In Cenſuum emptione non videtur certum pretium generaliter ſtatuendum, ib. n. 21. 156
5 Cenſus annales non eſt tutum decernere, ut certam ſummam non excedant, ib. n. 24. 157
5 Cenſus emptio licita eſt, ſi illius redditus, & proſus incerta ſit, ib. numer. 25. 157
5 Cenſus annui minoris valent, quam fructus; qui libere ex prædio percipiuntur, ib. numer. 26. 157
5 Pretium cenſus qua ratione ſit minuendus propter pactum de redimendo, vel alia onera emptioni adjecta, ib. num. 28. 157
5 Cenſus conſtitui non poteſt niſi ſuper re ea ſui natura fructifera, ib. numer. 31. 157
5 Cenſus pro parte perimitor re pro parte perempta, vel reddita infructifera, ib. n. 32. 157
5 Cenſus reſervativus qui ſit, & qui cenſus conſignativus, ib n. 33. 157
3 Cenſus præſcribi non poteſt, in c. Olim, n. 1d de cenſib. 544
3 Quod verum eſt in totum, ſed in parte ſecus, ib. n. 17.. 544
3 Niſi debitor ſit in mala fide ſolvendo denarios Papienſes pro Lucenſibus, ib. numer. 18. 544
Cenſus in qua moneta ſolvi debeat.
Vide in ver. *Moneta.*
3 Cenſus Eccleſiæ impoſitus ex cauſa tranſactionis ſine auctoritate Epiſcopi non excedit vitam ejus qui ſolvit, in c. Nis eſſent, numer. 33. de Præbend. 108
3 Eccleſia non poteſt cõſtitui cẽſualis auctoritate Epiſc. ib. n. 50. 110
3 Declaratur, ib. n. 62. 111
3 Eccleſiæ duæ ſi litigent ſuper ſubjectione, poteſt ſubjecta conſtitui cenſualis Epiſcopi authoritate, ib. num. d4. 111
1 CEREMONIALE continens ritus electionis Papæ, a Gregorio XV. & Urbano VIII. confirmatum, in c. Licet de vitanda, n. 27. de elect. 233
1 CERTITUDO moralis de honeſtate operationis ſufficit ad honeſte operandum, in c. Ne innitaris, n. 57. de Conſtitut. 34
1 Certitudo, alia ſupernaturalis, alia naturalis, alia moralis, ib. numer. 48. 34
1 Certitudinem mathematicam non oportet in ſunctis quærere, ib. n. 50. 34
1 Moralis materia non nititur certa demonſtratione, ſed conjecturis groſſis, & figurantibus, ib. n. 51. 34
1 Declaratur, ib. n. 9p. 39
1 Certitudo eſt determinatio intellectus ad unum, ib. n. 52. 34
1 Certitudo ſaltem moralis de rectitudine, & honeſtate operationis requiritur ad recte, & honeſte operandum, ib. n. 90. p8. 3d
1 Certitudinem ex probabilibus ſufficere in moralibus, quomodo ſit intelligendum, plene explicatur, ib. numer. 99. & num. ſeqq. uſque ad numer. 111. 3p
1 Certitudinem moralem habere de omnibus eligibilibus non eſt ſupra humanam facultatem, in d. c. Ne innitaris, n. 112. & num. ſeqq. de Conſtitut. 41
1 Certis incerta præponens in rebus ad ſalutem animæ pertinentibus graviter peccat, in c. Ne innitaris, n. 290. de Conſtit. d5
3 CERUSIÆ immoderatus potus an ſit crapula, vel ebrietas, in c. A crapula, n. 10. de vit. & honeſt. Cler. 6
3 CESSIO bonorum fieri debet uſque ad ultimum quadrantem, in cap. Odoardus, num. 15. de ſolut. 239
3 Non tamen auferuntur panni de dorſo, ib. n. 16. 240
3 Debitor laicus niſi cedat bonis, pro debito civili in ſolidum convenitur, & in carcerem detrudi poteſt, ib n. 4. 239
3 Debitor laicus ſi quid acquirat poſt ceſſionem bonorum, non convenitur, niſi in quantum facere poteſt, ib. n. 17. 240
3 Miles, maritus donator, & alii privilegiati, de jure civili ſine ulla bonorum ceſſione conveniuntur, quatenus facere poſſunt, ib. n. 18. 240
Vide in ver. *Clericus quoad privilegium, cap. Odoardus.*
3 Doloſus non eſt admittendus ad beneficium ceſſionis, vel ad beneficium c. Odoardus, vel c. Pervenit, de fidejuſſor. ib. n. 44. 241
3 Ceſſio bonorum quamvis infamiam juris non irroget, tamen ſigillat ſtatum cedentis, ſaltem quoad infamiam facti, in d. c. Odoardus, n. 5p de ſolut. 242
3 Ceſſio bonorũ alicubi ſit cum infamiã, & vituperio, ib. n. 60. 242
3 Romę ſit ſuper leonem marmoreum penes ſcalam Capitolii, ib. num. 61. 242
3 Beneficium c. Odoardus, & c. Pervenit, ex Conſtitutione Pii IV. non datur debitoribus in Urbe, niſi geſtent birretum viride, ib. n. d2. 242
3 Ceſſio bonorum de jure ſit nudo verbo cor. judice, ib. n. d3. 242
3 Ceſſio bonorum poteſt reiterari, ib. n. 67 242
1 CHARACTER ordinis imprimitur in actu traditionis inſtrumenti, in c. Cum contingat, n. d9 de ætat. & qual. 422
1 Character interior eſt eſſentialiter, & principaliter Sacramentum Ordinis, ib. n. 93. 425
1 Character quid ſit, ib. n. 99. 425
1 Character imprimitur in collatione Tonſuræ ex ſententia S. Congregat. Concilii, ib. n. 18. 41p
1 Character Epiſcopalis animæ infixus a Deo, per miniſterium hominis deleri non poteſt, in c. Requiſivit, num. 3. & 34. & ſeqq. de ordinat. ab Epiſc. 377
1 Character ordinis, habitus, & exercitium qualiter conſiderentur in ordinante, ib. n. 7. 377
1 Character ordinis, habitus, & exercitium qualiter conſiderentur in ordinante, ib. n. 7. 377
1 Character Sacerdotalis in impoſitione manuum extenditur ad poteſtatem ligandi, & ſolvendi, ib. n. 28. 379
1 Contrarium, n. 91. 385
1 Character Sacerdotalis non extenditur in ordinatione Epiſcopi, ſed novus imprimitur, ib. n. 91. 385
1 Character Ordinis prærequirit ex neceſſitate Sacramenti characterem Baptiſmi, ib. n. 94. 385
1 Calicis, & patenæ traditio ex ſententia antiquorum Canoniſtarum non eſt de eſſentia ordinis Sacerdotalis, in c. Cum veniſſet, num. 4. de Sac. Unct. 444
1 Eidem ſententiæ quibus nitatur rationibus, ib. n. 10. 445
1 Character in Sacramento Confirmationis imprimitur in ipſa unctione, ib. n. 12. 445
1 Character idem in Sacramento ordinis iterari non poteſt, & cur, ib. n. 14. 445
1 Character Ordinis poteſt animæ infigi per inſtitutionem Eccleſiæ ex ſententia Canoniſtarum, ib. n. 23. 446
1 Contrarium, n. 67. 449
1 Characterem ordinis Presbyteratus non imprimi, ſi porrigatur calix ſine vino, quibus fundamentis probetur, ib. num. 53. uſque ad n. 89. 447
1 Character in quolibet ordine imprimitur per ſuſceptionem illius ſigni exterioris, in quo principalis actus, quem reſpicit ille ordo, ſignificatur, ib. n. 29. 447
1 Manus impoſitione non imprimitur character ordinis Presbyteratus, ſed tantum confertur poteſtas ligandi, & ſolvendi, ib. n. 42. & 58. 447
1 Character ordinis inſigitur animæ immediate a Deo, ab Eccleſia autem infigi, aut deleri non poteſt, ib n. d7. & ſeq. 449
5 Character Ordinis non confertur per miniſtrum, ſed imprimitur in anima immediate a Chriſto, in c. Quod a prædeceſſore, n. 5 & 31. de ſchiſmat. 103
1 Character quid ſit, c. Statuim. n. 51. de ſuppl. neglig. Prælat. 354
a Character Sacramentalis non imprimitur præciſe coacto, in c. quanto, n 14. de tranſlat. Epiſc. 319
Reliqua Vide in ver. *Ordo.*
5 Character Ordinis non imprimitur ſine traditione inſtrumenti ad illum Ordinem ſpectantis, in cap. Qui Presbyterum, num. 15. de pœnit. & remiſſ. 293
3 Characterem tons ſacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non invenit obſiſtentem, in c. Majores, n. 78. de Baptiſm. 599
3 Procedit in his, qui aliquando conſenſerunt, nec poſtea contradicendo obicem poſuerunt, ib. n. 79. 599
Vide in ver. *Ordines quod characterem.*
Et in ver. *Ordines quando iterandi.*
a Character Ordinis durat etiam poſt mortem, & Clericus reſuſcitatus non eſſet iterum ordinandus, in c. Non poteſt, num. 5. de ſent. & re judicat. 182
3 CHARITATIS ordo exigit, ut primum quis ſubveniat ſibi ipſi, deinde proximo, in c. Si quis ſane, n. 30. de pecul. Cleric. 252
3 Charitas non minuitur, ſi effectus ejus dividatur in multos, imo magis augetur, in c. Fraternitatem, n. 71. de ſepultur. 298
3 Charitas ſola dividit inter filios Regni, & inter filios perditionis æternæ, in c. Audivimus, n. 12. de reliq. & vener. Sanct. 103
a CHARITATIVUM ſubſidium quas ob cauſas ſit ab Epiſcopo poſtulandum, & an ſit liberalitas, in c. Conquerente, n. 38. de Off. Ordin. 588
1 Et qua verborum formula ſit petendum, & an Reges poſſint illud imponere, ib. n. 39. 588
5 CHIRURGUS an ſit irregularis, ſi ex aduſtione, vel inciſione quam fecit, ſecuta fuerit mors, vel mutilatio, in cap. Ad audientiam, n. 38. & 40. de homicid. 133
5 Chirurgus ut ſit immunis ab irregularitate, quæ requirantur, ib. num. 42. 134

3 Chirurgia ars eſt Clericis interdicta, ib. n. 40. 134
3 CHOREPISCOPI qui, & eorum officium, in c. Epiſcopalia, n. 42. de privil. 134
3 Ordo ipſorum ab Eccleſia reprobatus, ib. n. 43. 134
3 Chorepiſcopi qui ab uno fiunt Epiſcopo, non ſunt Epiſcopi, in c. Nec Epiſcopi, n. 6. de temp. ordinat. 366
3 Epiſcopo accedenti ad conferendum chriſma, populus, vel clerus non tenetur victualia miniſtrare, in c. Venerabili, n. 19. de cenſibus. 551
Reliqua vide in ver. *Confirmationis Sacramentum*.
5 CHRISTIANORUM duo ſunt genera, in c. Ut privilegia, n. 2. de privil. 268
3 Chriſtiano indecens eſt, ſi radius ſolis ipſum in lecto dormientem inveniat, in c. Dolentes, n. 5. de celebr. Miſſar. 581
3 CHRISTI conceptio ex Spiritu Sancto fuit miraculum miraculorum, in c. Cum ſis, n. 73. de converſ. conjug. 439
3 Chriſtus in trigeſimo anno completo baptizatus eſt, & prædicavit, & refellitur contraria opinio gloſſæ, Hugonis, Archidiaconi, & Abbatis; in c. Cum in cunctis, n. 22 & 24. de elect. 245
3 Chriſtus ſolus eſt proprie ſponſus Eccleſiæ, in c. Quanto, n. 10. de translat. 324
1 Chriſti omnis actio, noſtra eſt inſtructio, in c. Accepimus, n. 18 de Pactis. 662
1 Declaratur, ib. n. 55. 665
5 Chriſtus fuit verus Deus, & verus homo; ſentiens oppoſitum hæreticus eſt, & excommunicatus, in c. Cum Chriſtus, n. 1. de Hæreticis. 89
5 CIBUS etiam non nutriens, & per modum medicinæ ſumptus poſt mediam noctem impedit Miſſæ celebrationem, in c. Si conſtiterit, n. 17. de accuſat. 10
3 Cibus nullus, vel potus eſt illicitus niſi per accidens, in cap. A crapula, n. 17. de vita, & honeſt. Cleric. 6
3 Cibus, & potus moderatus ſano poteſt eſſe ſuperfluus infirmo, & e converſo, ib. n. 35. 8
3 CINGULUM militiæ in Religione Hieroſolymitana eſt de ſubſtantia profeſſionis Regularis in gradu militum, ita ut illius omiſſio irritet profeſſionem expreſſam, & impediat tacitam, in c. Qui Presbyterum, n. 3 & num. ſeq. uſque in finem de pœnit. & remiſſ. 292
5 Cingulum militiæ, quid, ib. n. 3 & 4. 293
5 Cinguli ſolemnitas de jure communi eſt ſubſtantialis in milite ſeculari, ibid. n. 4. & num. ſeq uſque ad n. 24. 293
5 Contrarium, ib. n. 42. 293
5 Declaratur, ib. n. 43. 293
5 Cingulum venit appellatione habitus, ib. n. 23. 293
5 Declaratur, ib. n. 71. 296
5 Cinguli decoratio ex ſtatutis Ordinis Hieroſolymitani eſt de ſubſtantia profeſſionis in gradu militum, ib. n. 24 & ſeq. uſque ad n. 46. 293
5 Contrarium, ib. n. 73 & ſeqq. uſque ad n. 99. 297
5 Item ex ordinationibus Capitularibus ejuſdem Religionis, ibid. n. 46. 295
5 Contrarium, ib. n. 99. 298
5 Cingulum militiæ non materialiter tantum, ſed formaliter eſt accipiendum, ib. n. 39. 294
5 Cinguli ornatus in Militibus Regularibus de jure non requiritur ib. n. 58. & 69. uſque ad n. 73. 295
5 Cinguli, ſeu ſpathæ ceremonia in creatione Militis Regularis fuit prætermiſſa in Pontificali reformato juſſu Clementis VIII. ib. n. 59. & 72. 295
5 Cur adhibeatur in creatione Militis Secularis, & non Regularis, ib. n. 60. 296
5 Cingulo decorari dicitur, qui Miles creatur, etiamſi cinguli ſolemnitas non ſervetur, ib. n. 65. 296
5 Cingulo cæleſtis militiæ præcingi dicitur Clericus, ib. n. 66. 296
5 Cingulum in jure quandoque pro Dignitate ipſa uſurpatur, ibid. num. 67. 296
5 CIPPOS, vel truncos, aut capſulas pro eleemoſynis Miſſarum Fratribus Minoribus habere non licet, in c. Nimis prava, n. 60. de exceſſ. Prælat. 227
3 CIRCUITUS non eſt inutilis, quando per eum ſatisfit Canoni, in c. Liceat, n. 58. de Regular. 395
3 CIRCUMCISIO, & Baptiſmus, qui Circumciſioni ſucceſſit, in quibus conveniant, & in quibus differant, in c. Majores, n. 37 & ſeqq. uſque ad n. 53. de Baptiſ. 597
3 Conveniunt primo, quia ſicut olim per circumciſionem, ita hodie per baptiſmum remittitur originale peccatū, ib. n. 38. 597
3 Et ideo circumciſio non reiterabatur, ſicut nec hodie baptiſmus, ibid. n. 39. 597
3 Secundo, quia ſicut circumciſio tam adultis, quam parvulis ex præcepto Domini conferebatur; ita hodie baptiſma, ibid. n. 40. 597
3 Tertio, quia ſicut olim ſine circumciſione nullus ſalvari poterat, ita nec hodie ſine baptiſmo, ib. n. 41. 597
3 Differunt primo, quia baptiſmus tam maſculis, quam fœminis eſt conferendus, ſed circumciſio ad fœminas non pertinebat, ib. n. 42. 597
3 Secundo, quia multo plus confert baptiſmus Chriſtianis, quam olim circumciſio Judæis, ib. n. 47. 598
3 Tertio, quia baptiſmus eſt ſignificantior, decentior, & facilior circumciſione, ib. n. 50. 598
3 Quarto, quia circumciſio non imprimebat characterem, ſicut nunc imprimit baptiſmus, ib. n. 51. 598
3 Quinto, quia circumciſio conferebat gratiam juſtificantem ex opere operante, nunc vero baptiſmus illam confert ex opere operato, ib. n. 52. 598
3 Circumciſio inſtituta fuit ut ſignum fidei Abrahæ, qui credidit ſe patrem futurum Chriſti ſibi repromiſſi, ib. n. 45. 597
3 Circumciſio ſi hodie locum haberet, Paradiſi januas aperiret ſicut baptiſmus, ib. n. 49. 598
3 CIRCUMSTANTIÆ notabiliter aggravantes an ſint neceſſario in confeſſione aperiendæ ab eo, qui putat utramque opinionem eſſe probabilem, vel unam altera probabiliorem, in c. Ne Innitaris, n. 226. de Conſtit. 54
5 Circumſtantia, quæ exprimi non poteſt ſine manifeſtatione peccati alterius, an neceſſario ſit confitenda, in c. Omnis, n. 28. de pœnit. & remiſſ. 310
5 Circumſtantiæ notabiliter aggravantes an ſint neceſſario in confeſſione aperiendæ, ib. n. 48. 312
5 Circumſtantiæ, quæ mutant ſpeciem peccati, ſunt neceſſario exprimendæ in confeſſione, ib. n. 49. 312
5 Et quæ ſint hujuſmodi circumſtantiæ, ib. n. 50. 312
5 Circumſtantiæ quæ aggravent, vel extenuent delictum, remiſſive, in c. Cum illorum, n. 25. de ſent. excomm. 349
3 CISTERCII Monaſterium eſt caput Ordinis, & illius Abbas eſt Generalis totius Ordinis Ciſtercienſis, in c. Cum ad noſtram, n. 12. de elect. 284
3 Ciſtercienſes, Templarii, & Hoſpitalarii de fructibus poſſeſſionum, quas acquiſiverunt poſt generale Concilium, tenentur decimas ſolvere, ſi prius ex illis decimæ ſolvebantur, in c. Nuper, n. 1. de decim. 324
3 Ciſtercienſes emere non poſſunt prædia decimalia niſi pro Monaſteriis fundandis, & acquiſita ex largitione fidelium, vel empta pro Monaſteriis fundandis debent tradere aliis excolenda, ib. n. 2. 324
3 Ciſtercienſibus ſi abſque licentia Abbatis alium Ordinem profitetur, ſegredi compellitur, in c. Non eſt vobis, n. 1. de Regular. 346
Vide in ver. *Regulares quoad tranſitum*.
Et in ver. *Religio*.
5 Ciſtercienſium ordo eſt ſtrictior ceteris ordinibus, ib. n. 21. 24. 347
3 Contrarium, ib. n. 25. 348
3 CITATIO per edictum contra Clericum abſentem affigi debet valvis Eccleſiæ ſuæ, in c. Ex tuæ, numer. 3. de Cleric. non reſid. 54
3 Citatio contra beneficiatum abſentem fieri poteſt etiam extra provinciam, ſed ad id judex non tenetur, ib. n. 5. 54
3 Citatio per edictum ubi requiritur trina, non ſufficit unica, licet peremptoria, ib. n. 6. 54
3 Et an ſufficiat unica peremptoria ad pœnam incurrendam, ſi fuerit perſonaliter executa, ib. n. 7. & 10. 54
3 Citatio trina, & unica peremptoria cum competentibus intervallis regulariter æquiparantur, ib. n. 8. 54
3 Citationis edicta ſex menſium ſpatio præſumuntur deduci ad notitiam citati, ib. n. 12. 55
3 Citatio, & ſententia in notoriis non requiritur, in c. Qualiter, n. 7. de Cler. non reſiden. 49
1 Citatio partium in declaratione legis an, & quando requiratur, in c. Quoniam, n. 40. de Conſtit. 134
2 Citationis executio non eſt actus judicialis, & ideo poteſt per nuncium exerceri etiam extra territorium, in c. Licet, n. 13. de foro compet. 64
2 Citatio judicis contractus non conſtituit abſentem in contumacia quoad hoc ut poſſit excommunicari, vel mulctari, ſed tantum quoad hoc ut poſſit miſſionem pati, ib. n. 19. 64
2 Citatio ut ſit legitima fieri debet ad inſtantiam partis, in c. Propoſuiſti, n. 2. de foro compet. 79
2 Niſi judex procedat ex officio, ib. n. 3. 79
2 Citatio debet fieri a judice, ſeu de illius commiſſione, alias non valet, ib. n. 4. 79
2 Citationis commiſſio eſt Decretum quoddam interlocutorium, ibidem num. 5. 79
2 Citatio realis requirit ſpecialem judicis commiſſionem, ſed in perſonali ſufficit generalis, ib. n. 6. 79
2 Citatio nulla ex defectu commiſſionis validatur per comparitionem partis, de hoc defectu non opponentis, ib. n. 7. 79
2 Per citationem fruſtratoriam non prævenitur, nec perpetuatur juriſdictio, ib. n. 8. 79
2 Citatio ut ſit legitima, non eſt neceſſe ut fiat tribus edictis, ſed ſufficit unicum peremptorium, ib. n. 9. 79
2 Citatio quotuplex ſit, qui judices poſſint citare, & quot modis, remiſſive, ib. n. 10. 79
2 Juriſdictio perpetuatur per ſimplicem citationem judicis, ſive Ordinarii, ſive Delegati, ib. n. 12. 79
2 Citatio eſt principium, & fundamentum judicii, ibidem numer. 13. 80
2 Citatio reſpectu contumacis habetur pro circumducta, ibidem num. 14. 80
2 Et quid ſi contumax velit purgare moram ſolutis expenſis, & dato fidejuſſore de judicio ſiſti, ib. n. 15. 80
2 Citatio quæ fit die feriato pro non feriato, non tenet, in cap. Accepimus, n. 9. de Pactis. 611
2 Citatio ad videndum committi notario juramenta teſtium non ſuffragatur, niſi etiam dicatur ad videndum jurare, & hic defectus eſt inſanabilis, in c. In nomine Domini, num. 13. Teſtib. 146
3 Citatio non eſt neceſſaria, ubi certum eſt abſenti nullum jus competere, in c. Cum ex injuncto, n. 47. de Nov. oper. nunciat. 232
2 Citatio in impetratione gratiæ tertio præjudicialis non requiritur, in c. Cum olim, n. 24. de ſent. & re judic. 185
2 Dummodo Princeps procedat de plenitudine poteſtatis, ibidem n. 31. 185
2 Et adverſarius non ſit præſens in Curia, ib. n. 32. 185

2 Decla-

2 Declaratur, ib. n. 33. 185
2 Ubi privilegium conceditur, non eſt de mente, nec de jure, ut aliquis citetur, ib. n. 25. 185
5 Citatio generalis in literis præjudicialibus non ſufficit, quando adverſarius eſt præſens in Curia, ſed Procurator citandus eſt ad hoſpitium, ibid. n. 28. 185
2 Procedit in literis juſtitiæ, non autem in literis gratiæ, ibidem num. 29. 185
2 Citatio quamvis non requiratur in impetratione gratiæ tertio præjudicialis, tamen jus illi quæſitum non aufertur, ibidem num. 30. 185
2 Stylus Curiæ quoad citationem in impetrationibus literarum eſt ſervandus, ib. n. 34. 185
2 Citatio quamvis non requiratur in impetratione gratiæ præjudicialis, requiritur tamen in proceſſu ad ulteriora, ibid. numer. 35. 185
2 Etiamſi citatio per Principem fuerit remiſſa, ib. n. 36. 185
2 Citatio eſt de jure Divino, & naturali, ideo per Principem tolli non poteſt, ib. n. 38. & 47. 185
2 Citatio requiritur etiam in notoriis, niſi conſtet reo nullam defenſionem competere, ib. n. 42. 186
Vide in ver. *Notorium*.
2 Citatio requiritur, quantumcunque factum ſit notorium, ubi pœna corporalis debet infligi, ib. n. 45. 186
2 Declaratoria excommunicationis an requirat citationem partis, in c. Non poteſt, n. 9. & 17. de ſent. & re judic. 182
2 Citari non poteſt decerni ab Epiſcopo contra exemptum, ibid. n. 10. 182
2 Citatio eſt Decretum interlocutorium, ib. n. 11. 182
2 Citatio requiritur in diſcuſſione cauſæ etiam publicæ, ob quam fertur declaratoria, ib. n. 19. 183
2 Secus ſi cauſa ſit notoria, ib. n. 20. 183
2 Citatio pro declaratoria ob notoriam excommunicationem contra exemptum non eſt arctatoria, ib. n. 23. 183
2 Citatio quatenus ſua putet intereſſe, poteſt fieri etiam non ſubdito, ib. n. 24. 183
2 Citandus non eſt, cui notorium eſt defenſionem non competere, ib. n. 21. 183
Citatio in die feriata, & ad diem feriatam.
Vide in verb. *Feriæ*.
2 Citationis triplex eſt actus, in cap. Conqueſtus, num. 42. de Feriis. 95
2 Mandatum de citando an fieri poſſit in die feriata ad diem non feriatam, ib. n. 43. & n. 46. & 49. 95
2 Citatio eſt de proceſſu, & fundamentum judicii, ib. n. 48. 95
2 Citationis commiſſio eſt actus extrajudicialis, non requirens cauſæ cognitionem, ib. n. 50. 95
2 Et fieri poteſt etiam in territorio alieno, ib. n. 51. 95
2 Citatio conturbat mentem citati, & plerunque eum provocat ad iracundiam, ib. n. 54. 96
2 Citationis executio eſt de judiciali proceſſu, ib. n. 55. 96
e Citatio non inſerta copia delegationis cenſetur emanaſſe tanquam a privato, & non valet, in c. Cum in jure, n. 16. de offic. Delegat. 534
1 Sed contra, ib. n. 17. 534
Vide in ver. *Delegatus*.
2 CITATUS extra territorium ab Ordinario delicti non dicitur contumax, cum non teneatur comparere, in c. Licet, n. 16. de foro compet. 64
2 Citatus ob cauſam, ſi poſtea mutet forum, in cauſa illa coram primo judice reſpondere tenetur, in c. Propoſuiſti, nu. 1. & 25. de foro compet. 79
2 Citatus ad dicendum cauſam, quare non debeat excommunicari poteſt appellare, in c. Super eo, il ſecondo, nu. 49. de Appellat. 194
2 Secus ſi citetur ad dicendum cauſam, quare non debeat declarari excommunicatus, n. 50. 194
2 Citari debet pars in receptione teſtium, ut audiat illos jurantes, non autem deponentes, in c. In nomine Domini, nu. 11. de Teſtib. 146
2 Si citetur dominus, & non procurator, vel unus ex duobus procuratoribus in ſolidum, an valeant atteſtationes, ibidem n. 16. 146
2 Citatus ad domum, qui non comparuit allegans ſe citationem ignoraſſe, audiri debet ad opponendum in perſonas teſtium, licet non ſervaverit formam c. Præſentium, de Teſtib. ibid. n. 51. & 53. 148
3 Citatus ad actum debet admitti, & fortius expectari, in c. Etſi membra, n. 6. de his quæ fiunt a Prælat. ſine conſ. cap. 218
3 Niſi de novo pervenerit ad citantis notitiam, citatum non habere jus, ib. n. 7. 218
3 Vocantes tamen non tenentur præciſe vocatum admittere, ſed ei non admiſſo tenentur ad intereſſe, ib. n. 8. 218
1 Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere, in cap. Ad ſupplicationem, n. 10 de Renunc. 333
1 Guelphus non tenetur comparere, ſi citatur in loco, ubi regnant Gibellini, ib. n. 11. 333
1 Citatus excuſatur a comparendo in loco, ubi viget peſtis, ibid. n. 17. & 20. 333
1 Citatus in loco, ad quem acceſſus eſt multiplex, non excuſatur, niſi probet nullum ex illis acceſſibus eſſe tutum, ib. n. 24. 334
1 Citatus tenetur comparere, ſi Delegatus ponat in citatione cauſam juriſdictionis, ut ſi dicat ſe Delegatum, in cap. Cum in jure, n. 18. de off. Delegat. 534
3 CIVILITATEM ratione originis non poteſt quis ſola voluntate a ſe abdicare, in c. Significavit, n. 13. de Paroch. 309

5 CIVES unius civitatis, omnes, & ſimul poſſunt non tantum interdici, ſed etiam excommunicari, in c. Reſponſo, n. 30. de ſent. excomm. 360
1 Cives eligentes ſibi Poteſtatem an poſſint variare, in cap. Publicato, num. 47. de elect. 312
1 Cives habent facultatem condendi ſtatuta in ſuis civitatibus, in cap. Quæ in Eccleſiarum, num. 3. de Conſtit. 98
1 Etiam contra jus commune, ib. n. 5. 98
1 Dummodo ſint licita, & de rebus eorum juriſdictioni ſuppoſitis, ib. n. 4. 98
2 CIVITAS aratrum paſſa deſinit eſſe civitas, in cap. Propoſuiſti, n. 22. de foro compet. 80
1 Civitas quælibet hodie habet ſua regimina, in c. Significaſti, bus, n. 75. de offic. Delegat. 54e
3 Civitas non comprehenditur ſub diſpoſitione cap. Felicis, de pœn. in 6. in cap. Ad hæc, n. 65. de relig. domib. 493
5 Civitates majores duntaxat privilegio Epiſcopatus ſunt honorandæ, in c. Epiſcopalia, n. 16 23. & ſeq. de Privil. 236
5 Ad eſſe civitatis requiritur Epiſcopus, & n. 3. & ſeqq. uſque ad n. 18. 235
5 Civitates erant ante adventum Chriſti, ib. n. 5. 235
5 Civitas quæ proprium necavit Epiſcopum, perpetuo privatur Dignitate Epiſcopali, non tamen deſinit eſſe civitas, ibid. num. 10. 235
5 Saraceni habent civitates, & non habent Epiſcopos, niſi forte abuſivos, ib. n. 11. 235
5 Princeps poteſt facere civitatem, & tamen non poteſt facere Epiſcopum, nec ſedem Epiſcopalem creare, ib. n. 13. 235
5 Civitas in Italia ex communi interpretatione appellatur illa tantum, quæ habet Epiſcopum, ſed Ultramontani hoc non recipiunt, ibid. n. 14. 235
5 Papa erigit civitatem, & dat Epiſcopum unico contextu, ibid. num. 15. 235
5 Et concedit pro maximo dono hanc Dignitatem, ib. n. 16. 235
5 Civitas an erigi poſſit a populo ſine Principis authoritate, ibid. num 18 236
5 Muros municipales nec reficere licet ſine auctoritate Principis, vel Præſidis, ib. n. 19. 236
5 Civitas dicitur civium unitas, ib. n. 20. 236
5 Structuræ autem murorum non dicuntur civitas, ſed urbs, ibid. numer. 21. 236
5 Civitas eſt multitudo hominum ſocietatis vinculo adunata, ib. numer. 22. 236
1 Civitas interficiens electum non incidit in pœnam interficientis Epiſcopum, in c. Eam te, n. 17. de reſcript. 152
Vide in verbo *Epiſcopalis Dignitas*.
1 Civitas, vel diœceſis pertinet ad juriſdictionem Epiſcopi in ſpiritualibus, in c. Sane, il ſecondo, n. 7. & 14. de off. Deleg. 522
1 Non tamen dicitur propria ipſius Epiſcopi, ib. n. 8. 522
1 Contrarium, ib. n. 14. 523
5 CLAVIS juriſdictionis non eſt quid Sacramentale, in c. Accedentibus, n. 20. de exceſſ. Prælat. 215
5 CLAUSTRUM Eccleſiæ violans, dicitur violare immunitatem ipſius Eccleſiæ, in c. Cum pro cauſa, n. 3. de ſent. excommunicat. 335
Vide in verbo *Immunitas Eccleſiæ quoad locum*.
*Clauſula, communia.*
1 Clauſula una ſecundum diverſos reſpectus diverſimode accipitur, in c. Omnis, n. 31. de pœnit. & remiſſ. 311
2 Clauſula utcunque odioſa in reſcripto appoſita debet intelligi, ut aliquid operetur ultra jus commune, in c. Paſtoralis, n. 8. & ſeq. de appellat. 262
1 Clauſula literis apponi conſueta ſemper ſubintelligitur, in cap. Accepimus, n. 5. de ætat. & qualit. 431
1 Clauſula apponi ſolita in reſcripto ſi fuerit omiſſa, reſcriptum non vitiatur, ib. n. 9. 432
e Clauſulæ conſuetæ omiſſio reſcriptum non vitiat, in cap. Cum M. n. 42. de Conſtit. 115
5 Clauſulæ aptæ importare executorem mixtum in literis gratiæ nihil operantur, niſi adſit clauſula, vocatis vocandis, in c. Qui Presbyterum, n. 96. de pœnit. & remiſſ. 298
e Clauſula in reſcripto poſita debet ad ſtatum juris reduci, ubicunque ſita reperiatur, in cap. Cauſam quæ, num. 2. de Reſcriptis. 256
3 Clauſula in medio poſita refertur ad proxima, non autem ad omnia præcedentia, in c. Nulli, n. 14. de Reb. Eccleſ. non alien. 223
3 Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, ibidem n. 15. 224
5 Clauſula abſolutionis a cenſuris in literis Apoſtolicis proviſionum quid operetur, in c. Quod a prædeceſſore, num. 7d. de ſchiſmat. 109
5 Clauſula abſolutionis a cenſuris in literis Apoſtolicis reddit gratiam efficacem, & validam, non obſtante exemptione excommunicationis, in c. Poſtulaſtis, n. 7. de Cler. excommunicat. 195
3 Clauſula, *Ad ſui vitam*, perpetuitatem importat, in c. Conſultationibus, n. 36. de Cler. ægrot. 161
e Clauſula, *Aliter fieri non poſſit*, importat Decretum irritans, in c. Cauſa, n. 24. de elect. 260
Vide in verbo *Poteſt*.
1 Clauſula, *Anteferri*, facit de poſteriore priorem, in c. Ex parte, n. 11. de off. Delegat. 528
1 Eſt odioſa, & ſtricte intelligenda, ib. n. 12. 528
*Clauſula, appellatione remota.*
1 Appellatio qualiter, & quando prohibeatur per clauſulam, *appellatione remota*, in c. Studuiſti, n. 43. & ſeq. de off. Legat. 547

3 Indulgetur a jure in quinque caſibus ibi expreſſis, prædicta clauſula non obſtante, ib. n. 45. 547
3 Appellatione remota, an, & qualiter intelligatur remota tecuſario, in c. Super eo, il ſecundo, n. 15. de appellat. 192
3 Clauſula, *appellatione poſtpoſita*, quæ habetur in Bulla Cruciatæ, an ſolum tollat appellationem contra reſiſtentes de facto, an vero etiam contra reſiſtentes de jure, in c. Studuiſti, n. 38. de offic. Legat. 547
2 Clauſula, *appellatione remota*, in medio literarum appoſita quid operetur, in c. Super eo, il ſecondo, n. 15. de appellat. 192
2 Clauſula, *appellatione remota*, tollit omnem appellationem, quæ a jure non eſt expreſſe permiſſa, in cap. Paſtoralis, num. 1. de appellat. 201
2 Et datur a Summo Pontifice tantum in terris Eccleſiæ indiſtincte, ſed in terris Imperii in cauſis ſpiritualibus, vel mixti fori, aut inter perſonas Eccleſiaſticas, ib. n. 2. & 4. 201
2 Non datur a Congregationibus Cardinalium, nec a Signatura juſtitiæ, ib. n. 2. 201
2 Datur ab Imperatore in locis Imperio ſubjectis in cauſis temporalibus, & inter laicos, ib. n. 5. 201
2 Item a Regibus, & Principibus non recognoſcentibus Superiorem in temporalibus, ib. n. 5. 202
2 Clauſulam, *appellatione remota*, ab interlocutoria an judices inferiores dare poſſint in ſubdelegatione cauſarum, ibidem num. 7. 202
2 Clauſula, *appellatione remota*, tollit appellationem, quæ a jure non indulgetur expreſſe ad effectum ſuſpenſivum tantum, non autem devolutivum, ib. n. 15. 202
2 Ex ſtylo Curiæ quoad partes nihil operatur, ſed tantum quoad judicem, ne teneatur deferre, ib. n. 16. 203
3 DOLOSUS non eſt admittendus ad beneficium ceſſionis, vel ad beneficium c. Odoardus, vel c. Pervenit, de fidejuſſor. in c. Odoardus, n 44. de ſolut. 241
n DOMESTICI præſumuntur non facere, niſi quod placet majori ſuo, in c. Conſtitutis, il primo, n.7. de teſtibus, & atteſtat. 152
n Hæc tamen præſumptio admittit probationem in contrarium, ib.num 9. 152
3 DOMICILII conſtitutio ſicuti eſt voluntaria, ita & illius extinctio, vel mutatio, in c. Significavit, n.3.de Paroch. 309
3 Domicilii tranſlatione quis ſubtrahitur juriſdictioni prioris Epiſcopi, ib. n.8. 309
3 Domicilii transferre ex loco originis non eximitur a juriſdictione naturalis domini, nec quoad ſpiritualia, nec quoad temporalia, ib.n.11. 309
3 Domicilium ad effectum recipiendi Eccleſiaſtica ſacramenta ibi quis dicitur habere ubi habitat, ib.n.18.27. & 31. & ſeq. 309
3 Relegatus in loco, in quem relegatus eſt, interim neceſſarium domicilium habet, ib.n.35. 311
3 Domicilium an transferatur eo ipſo quod quis alio ſe confert ad habitandum; an vero ad hoc ſit aliquod tempus a jure præfinitum, ib.n.40. & ſeq. uſque in fin. 318
3 Domicilium de jure civili non conſtituitur, niſi per habitationem decem annorum, ib. n 41. 311
3 Contrarium, n.44. Declaratur, n. 52. 311
3 Habitator ſimplex non cenſetur in loco domicilium contrahere, niſi per decennium habitaverit, ib.n.42. 318
3 Declaratur, n.57. 312
3 Domicilium non conſtituitur ſine animo perpetuo habitandi, ib.n 44. 311
3 Impubes, qui diu penes tutricem, vel tutorem fuerit, non dicitur ibi domicilium contraxiſſe, ib.n 45. 311
3 Domicilium conſtituitur animo, & facto ſimul, nec ſufficit unum ſine altero, ib. n.46. 311
3 Animus vero ex conjectura deprehenditur, n. 47. 311
3 Et quæ ſint ejuſmodi conjecturæ, ib.n.48. 318
3 Domicilium conſtitui poteſt minori tempore, quam decem annorum, ſi alia concurrant indicia, ib.n.49. 311
3 Domicilium ſufficienter demonſtratur per habitationem decennalem, ib.n.50. 318
3 Scholares non contrahunt domicilium, ubi ſtudiorum cauſa morantur, niſi tranſacto decennio, & cur, ib. n 52. 312
3 Idem in mercatore, & lectore publico, n. 53. 312
3 Domicilium cenſetur quis immediate conſtituere in loco, ad quem ſe tranſtulit cum familia, & fortunis ſuis; ſi ibi poſſeſſiones emerit, aut animum ſuum declaraverit, ib. num. 54. & 56. 312
3 Alioquin tempus erit arbitrium, n 55. 312
4 Domicilium ceſſantibus aliis conjecturis non conſtituitur per ſimplicem habitationem, niſi ſit decennalis, ib.n.57. 310
2 Domicilium ut contrahatur, requiritur animus perpetuo habitandi, in c. Præſentata, n.3. de Teſtib. 153
2 Domicilii tranſlatio ex quibus probetur, ib. n.5. 153
2 Domicilium Clerici facile præſumitur in loco beneficii reſidentiam requirentis, ib.n.7. 153
2 Ad Domicilium contrahendum an ſufficiat ſola animi declaratio ſine alia probatione, ib.n 8. 158

Reliqua in ver. *Laicus quoad Domicilium*.
2 DOMINI juriſdictionem habent ſuper familiam, ſicut magiſter ſuper diſcipulos, pater in filium, & maritus in uxorem, in c. Cum contingat, n.20. & ſeq. de foro compet. 70
5 Domini temporales, & magiſtratus quicunque impedientes libertatem matrimonii incidunt in excommunicationem, c.9. ſeſſ.24. de reform. Conc. Trid. non autem privatæ perſonæ, in c. Nuper, n.27 de ſent. excomm. 346
3 Dominus temporalis ſi Superiorem non recognoſcit, æquiparatur Principi; ſi recognoſcit, Præſidi, in c. Nobis, n.22.de jurepatron. 527
1 DOMINIUM, vel poſſeſſio non poſſunt eſſe inſolidum apud plures, in c. Ex parte, n.14. de arbitr. 702
2 Dominium in dubio intelligitur de directo, non de utili, in c. Significaſti, n.4. de foro compet. 75
1 Dominium ſecuta traditione transfertur ex contractu etiam inutili, non tamen nullo, & contra legem, in c. Tua nos, n.11. de ſimon. 57
3 Dominium rei mutatæ conſumptione amittitur, & fit alterius, c. Naviganti, n 11. de uſur. 161
3 Dominium quandoque difficilius, quam poſſeſſio, regulariter contra, in c. Literas, n.15. de conceſſ. Præb. 196
3 Declaratur, ib. n.16. 196
1 Dominia ſunt de jure gentium, in c. Quæ in Eccleſiarum, n. 110. de Conſtit. 104
1 Sed modi acquirendi per jus civile diſtinguuntur, Ib.n.116. 104
2 In Dominio potior habetur, cui res primo tradita eſt, licet alios in titulo prævenerit, in c. Cum olim, n.14.de ſentens. & re judic. 184
2 Sed hoc non procedit in Clericis, ib. n.14. 184
3 Dominium rerum Eccleſiarum proprie loquendo non eſt apud aliquam Eccleſiam particularem, ſed apud Chriſtum, in c. Relatum, n.32. & n.37. Ne Cler. vel Monach. 667
Vide in ver. *Papa quoad jus quæſitum*.
3 DOMUS venerabilis appellatione includitur etiam Monaſterium, in c. Nos quidem, n.4. de teſtam. 459
Domus Principis, Arces, & Palatia.
Vide in verb. *Miſſa ubi celebranda*.
Et in verb. *Oratorium*.

*Donum, Donans, Donatio, Donare, Donator, Donatus, Donatio cauſa mortis.*

3 Donatio cauſa mortis facta revocatur ſecuta reconvaleſcentia; in c. Cum olim, n.67. de teſtam. 272
3 Donatio cauſa mortis non eſt mera ultima voluntas, & prout in eſſe deducitur, æquiparatur contractui, ib n.85. 273
3 Donatio facta a Clerico concubinæ non valet, ſicut nec facta meretrici a milite, in c. Cum percuſſio, n.8 de Cler. ægrot. 155
2 Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta Eccleſiæ valida eſt, in c. In præſentia, n.6. de probat. 133
3 Donationes quæ fiunt ab Imperatore, videntur fieri contemplatione ejus, in quem conferuntur, in c. Poſtulaſti, n.20. de conceſſ. Præb. 205
Donatio ingredientis Monaſterium.
Vide in ver. *Novitius quoad renunciationem*.
Res Eccleſiæ donata. Vide in ver. *Res Eccleſiæ*.
2 Donans ſimpliciter, omnia jura ſibi competentia conceſſiſſe videtur, in c. Verum, n 19. de foro compet. 82
Vide in verb. *Bona Eccleſiæ*. Et in verb. *Baroniæ*.
3 Donare eſt proprium animi nobilis, in c. Prudentes, n.3. de donat. 244
3 Donatio proprie dicitur, cum aliquis dat non aliam ob cauſam, quam ut liberalitatem exerceat, ib.n.5. 244
3 Donatio perfecta revocari non poteſt, niſi in caſibus hic expreſſis, ib. n.7. 244
3 Donans uni Eccleſiæ bona, quæ ſuperfuerint tempore ſui obitus, an poſſit in prædictis bonis aliam Eccleſiam ſibi hæredem inſtituere, ib.n.8. & n. ſeqq. uſque in fin. 244
3 Donans bona, quæ acquiſita reperirentur tempore ſui obitus, cenſetur reſervaſſe ſibi facultatem diſponendi de bonis donatis, ib.n.9. 244
3 Donatio bonorum, quæ acquiſita reperientur tempore obitus includit duplicem conditionem, ib.n.11. 244
3 Donatio perfecta per teſtamentum reſcindi non poteſt, ibidem num.15. 244
3 Secus ſi donatio ſit conditionalis, ib.n.16. 244
3 Donans bona, quæ reperientur tempore ſui obitus, an poſſit de illis diſponere in ultima voluntate, ib.n.17. & n.26. 244
3 Donatio inter vivos dicitur perfecta, licet effectus ſuſpendatur in tempus mortis, ib.n.21. 245
3 Idem in donatione cauſa mortis, ib. n. 22. 245
3 Donator, qui reſervavit ſibi facultatem diſponendi in vita de bonis donatis, poteſt illa teſtamento relinquere, ib.n.23. 245
3 Mitius agitur cum eo, qui ex mera liberalitate convenitur, quam qui ex debito, ib. n.25. 245
3 Donatio cauſa mortis confirmatur morte civili, ſicut naturali, in c. Quia diverſitatem, n.22. de conceſſ. Præb. 193
3 Donans prædium Monaſterio ſub conditione, ut recedentibus fratribus prædium redeat ad donantem, illud non recuperat, ſi fratres recedant de mandato Papæ, in c. Relatum, n.28. Ne Cler. vel Monach. 667
2 Donatio facta Magiſtro ex cauſa diſciplinæ, non eſt mera donatio, nec indiget inſinuatione, in cap. Cum Sacerdotis, n. 29. de poſtulan. 673
3 Donatum ſocio occaſione ſocietatis cedit lucro donatarii, in c. Poſtulaſti, n.17. de conceſſ. Præb. 201
3 Donator non tenetur de evictione, in c. Cum ſecundum, n.43. de Præben. 92

3 Donatum Monaſterio ob cauſam erroneam validitatis profeſſionis poteſt repeti, in c. Significatum, n. 15. de Regular. 360

1 Donata res acquiritur donatario, ſed non irrevocabiliter, quia poteſt illam reſpuere, in c. Quanto, n. 22. de tranſlat. Epiſcop. 319

3 Donatio facta a Principe ex cauſa remunerationis revocari non poteſt, etiam propter ingratitudinem ſupervenientem, in c. Conſultationibus, n. 63. & 65. de Cler. ægrot. 168

3 DONATI, ſeu oblati quid differant a Converſis, in c. Cum dilectus, n. 13. de ſucceſſ. ab inteſt. 288
 Vide in verb. *Oblati*.

3 DONORUM qualitas an ſit attendenda ad dignoſcendum, cujus intuitu fuerint collata, in c. Poſtulaſti, n. 21. & ſeqq. de conceſſ. Præben. 201

3 Donorum magnitudo ſpectanda eſt non tam ex perſona illius, cui conferuntur, quam ex perſona ejus, qui confert, ibid. num. 24. 202

3 Donum fidei eſt ſupereminens fidei certitudo ad inſtruendum alios, in c. Majores, n. 34. de baptiſm. 597

5 DORMITIO poſt cibum, vel potum, an debeat præcedere celebrationem Miſſæ, in c. Si conſtiterit, n. 10. & 13. de accuſat. 9

3 DOTIS augmentum non ſufficit ad acquiſitionem juriſpatronatus; ſed requiritur totalis dotatio, in c. Cum propter, n. 67 de jurepatr. 133

3 Dos modica non efficit quem patronum, in c. Quoniam, n. 27. de jurepatr. 512

3 Dotans Eccleſiam prius fundatam, & conſtructam de conſenſu diœceſani juspatronatus acquirit, ib. n. 40. 513

3 Et fingitur ab initio eam dotaſſe, ib. n. 48. 513

3 Dotis conſtitutio de diœceſani conſenſu retrotrahitur ad tempus fundationis, & conſtructionis Eccleſiæ, ib. n. 48. 513

1 Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, in c. Quanto, n. 19 de tranſlat. Epiſp. 319

1 Dotis promiſſio intelligitur ſub conditione, ſi nupriæ ſecutæ fuerint, ib. n. 20. 319

3 Dos ante Tridentinum Concilium Monaſterio ſoluta, poſt Concilium reſtitui debet, ſi puella ante profeſſionem deceſſerit, deductis tamen impenſis alimentorum, in c. Statuimus, n. 37. de Regular. 411

3 Dos novitiæ decedentis ante profeſſionem debet hæredibus reſtitui una cum fructibus, deducto tamen illius victu, & veſtitu, ib n. 38. 411

3 Non obſtante pacto, ut ſi puella poſt annum deceſſerit facta, vel non facta profeſſione, dos Monaſterio acquiratur, ib. verſ. Quinimo. 411

5 Dos Eccleſiæ non poteſt conſtitui ad tempus, in c. Cum contingat n. 47. de decim. 320

1 Dos dicitur cauſa pia, ſive detur pauperi, ſive diviti, in c. Significantibus, n. 47. de offic. deleg. 540

3 Dotis taxatio in ducatis du... indifferenter facta ab Epiſcopo in Monaſteriis Monialium Majoricen. non probatur a Sacra Congregatione Concilii, in c. Non amplius, n. 21. de Inſtitut. 174

3 Dos Monialis numerariæ an licite recipi poſſit a Monaſterio, ib. num. 24. 174

3 Dos Monialis ſupranumerariæ quanta eſſe debeat, ib. n. 42. 176

4 Dotis acceſſio an, & quando ex ſtylo Curiæ ſit juſta cauſa diſpenſandi in gradibus prohibitis, in c. Ex literis, n. 17. de cognat. ſpiritual. 67

5 DUBITANS an ſit irregularis, debet tutiorem partem eligere, & abſtinere a miniſterio altaris, in c. Ad audientiam, n. 2. de homicid. 131

1 DUBITATIO unde oriatur, in c. Ne innitaris, n. 147. & num. ſeqq. & n. 162. de conſtit. 46

1 Dubitatio quid ſit, ib. n. 150. & n. 153. & 159. 46

1 Dubitans applicat animum ſuum ad plura, & neſcit quid eligat, ib. n. 157. 47

1 Dubitatio fit ex principiis tam intrinſecis rationum, quam extrinſecis authoritatum, ſi utrinque ſint æquales, ib. n. 162. & n. ſeqq. uſque ad n. 171. 47

5 Dubia res dicitur, ubi ſunt opiniones ex utraque parte probabiles, in c. Si conſtiterit, n. 50. de accuſat. 12

5 Dubia contra ſeipſum in deteriorem partem ſunt interpretanda; ſecus contra proximum, in cap. Ad audientiam, num. 6. de homicid. 132

5 DUBIUS tenetur tutiorem partem eligere in omni materia, in qua ſubeſt periculum ſalutis æternæ, ib. n. 5. 131
 Vide in ver. *Opinio dubia*.
 Et in ver. *Opinio tutior*.

1 Dubius ſimile quiddam ligatis patitur, in c. Ne innitaris, num. 152. de conſtit. 46

5 Dubia emergentia in audientia Papæ referenda ſunt ad ipſum Apoſtolicum, in c. Quoniam, n. 11. de conſtit. 131

5 Dubia in foro judiciali ſunt interpretanda in meliorem partem, ſed in foro animæ in duriorem, in c. Naviganti, numer. 33. de uſur. 162

1 Dubium quid ſit, in c. Ne innitaris, n. 151. & 158. de conſtitut. 46

1 Dubium eſt motus indifferens in utranque partem contradictionis, ib. n. 158. 47

1 Quieſcere oportet in paritate contrariorum motuum, quod pluribus exemplis oſtenditur, ib n. 154. 46

1 Dubium juris dicitur, cum rationes pro, & contra concurrunt, vel ubi ſunt diſcordes Doctorum opiniones, nec conſtat de communi, ib. n. 169. & n. 183. 48

1 Referuntur aliquot Theologorum aſſertiones de conſcientia dubia, videlicet, &c. num. 174. 48

1 Dubitans, an ſit excommunicatus, ſive dubium ſit juris, ſive facti, non debet ſe habere pro excommunicato, nec tenetur petere abſolutionem, ib. n. 174. 48

1 Item dubitans, an lex imponens pœnam excommunicationis ſit uſu recepta, poteſt exiſtimare non eſſe receptam, ib. numer. 175. 48

1 Item dubitans, an caſus ſit reſervatus, poteſt ab illo abſolvere, ibid. n. 176. 48

1 Item dubitans, an commiſerit peccatum mortale, non tenetur illud confiteri, ib. n. 177. 48

1 Item dubitans de legitima poteſtate Prælati, non tenetur illi obedire, ib. n. 178. 48

1 Item dubitans, an beneficium ſit tenue, non tenetur officium recitare, ib. n. 179. 48

1 Item dubitans in die Jovis, an media nox ſit tranſacta, poteſt comedere carnes, ſecus ſi dubitet in die Sabbati, ib. n. 180 49
 Aſſertiones ſupraſcriptæ confutantur, ib. n. 181. & n. ſeqq. uſque ad n. 212. 49

1 Dubia cum conſcientia operari non licet, niſi prius dubium deponatur, ib. n. 182. 49

1 Dubia cum eſt abſolutio, Epiſcopus jubetur excommunicatum vitare, ib. n. 185. 49

1 Dubitans de validitate ſponſalium cum puella ſeptennio proxima ſeparatur ab illius conſobrina, quam poſtea duxit in uxorem, in d. c. Ne innitaris, n. 186. de conſtitut. 49

1 Presbyteri ordinati ab Epiſcopis incognitis, de quibus dubium eſt, an fuerint Epiſcopi, ſunt iterum ordinandi, ib. n. 187. 49

1 Parvuli a parentibus ſubtracti, de quibus dubitatur, an ſint baptizati, ſunt iterum baptizandi, ib n. 188. 49

1 Eccleſia de qua incertum eſt, an fuerit conſecrata, iterum conſecrari debet, ib. n. 189. 49

1 Matrimonium de quo dubitatur, an valeat, non eſt iterum contrahendum, ſed præſumitur pro illius validitate, ibidem num. 190. 49

1 Epiſcopus quamvis ſit in poſſeſſione communicandi cum fidelibus, tamen dicitur deponendus, eo quod in dubio non geſſit ſe pro excommunicato, ib. n. 190. 49

1 Mulier dubitans de morte prioris conjugis, non poteſt pergere in poſſeſſione debitum exigendi a ſecundo marito, ibidem numer. 193. 49

1 Judex in dubio non debet judicare quemquam irregularem, ſed quilibet in dubio tenetur ſe irregularem judicare, in d. c. Ne innitaris, n. 197. de conſt. 50

1 Interpretatio in dubio contra rectium facienda eſt in meliorem partem, contra ſeipſum in deteriorem, & cur, ib. n. 199. 50

1 In obligationibus, quæ concernunt Deum, tutius eſt præſumere quem ligatum, quam ſolutum, ib. n. 200. 50

1 Dubium juris habens, an ſit excommunicatus, tenetur ſecuriorem partem eligere, ibi. n. 224. 54

1 In dubiis omnibus tres maximæ ſunt ſervandæ ex ſententia Scoti, ib. n. 216. 53

1 Dubium perſonæ quo ſenſu accipiatur a juriſperitis, ib. n. 217. 53

1 Dubiis in rebus non eſt de facili præſtandus aſſenſus, ib. n. 270. 62
 Vide in verb. *Opinio tutior*,
 Et in verb. *Pars tutior*.
 Et in verb. *Doctor*.

5 DUELLUM purgationis vulgaris, quibus rationibus reprobatur, in c. Henricus, n. 3. de Cler. pugn. in duello. 143

5 Duellum purgationis vulgaris, quo jure ſit prohibitum, ibid. num 7. 143

2 DUO ubi copulative requiruntur, non ſufficit alterum adimpleri, in c. Cum non ab homine, n. 99 de jud. 16

1 Duos ſimul in eodem beneficio jus habere impoſſibile eſt, in c. Ex parte, n. 11. & n. ſeqq. de arbitr. 720

3 DUPLICITAS a Deo, & a jure reprobatur, in c. Ut Clerici, num. 2. de Regular. 341

# E

*Ebrietas, Ebrioſus, Ebrius.*

3 Clericus crapuloſus, vel ebrioſus monitus non deſiſtens, ab officio, vel beneficio ſuſpenditur, in c. A crapula de vita, & honeſtate Cler. num. 1. 6

3 Ebrius quid differat ab ebrioſo, ibid. num. 1. 6

3 EBRIETAS inducit exilium mentis, & libidinis incentivum, ib. num. 3. 6

3 Ebrietatis quæ, & quanta ſint mala, ib. n. 4. 6

3 Vinolentum Sacerdotem & Apoſtolus prohibet, & vetus Lex damnat, ib. n. 5 6

3 Clericis an liceat bibere ultra tertiam vicem, ib. n. 6. 6

3 Moniales debent vinum fugere ſicut venenum, ib. n. 7. 6

3 Ebrietas quid, ibid. num. 9. 6

3 Cerviſiæ immoderatus potus, an ſit crapula, vel ebrietas, ib. num. 10. 6

3 Obligantium ſe ad potus æquales, abuſus reprobatur, ibidem num. 13. 6

3 Sponſio quod alter alterum in bibendo ſuperabit, non eſt rata, ib. num. 15. 6

3 Clerici bibentes vinum ſine aqua, qualiter peccent, ib. n. 16. 6

3 Cibus nullus, vel potus eſt illicitus, niſi per accidens, ib. n. 17. 6

3 Vinum bibere, an propter ſcandalum ſit peccatum, ib. n. 18. 6

3 Ebrietas an ſit peccatum mortale, ibid. numer. 24. 7

3 Ebrietas tripliciter poteſt contingere, ibidem num. 29. 7

3 Rationis uſu ſeipſum privare, an ſit culpa lethalis, ibidem numer. 31. 7

3 Ebrietatem eſſe peccatum mortale, ſi ſit aſſidua, quomodo intelligendum ſit, ib. n. 32. 7
3 Ebrietas voluntaria ad valetudinem recuperandam, an ſit peccatum, ib. n. 33. 8
3 Ægrotus frequenti ebrietate a periculoſo morbo de conſilio Medici liberatus, ib. n. 34. 8
3 Cibus, & potus moderatius ſano, poteſt eſſe ſuperfluus infirmo, & e converſo, ib. n. 35. 8
3 Inebrians ſe ad vomitum provocandum, an peccet, ib. n. 36. 8
3 Inebriare ſe num liceat ſine peccato ad vitandam tyranni ſævitiam, ib n. 37. 8
5 Ebrietas ſola non eſt ſufficiens cauſa privationis Beneficii, in c. Si conſtiterit, num. 5. de accuſat. 9
5 Ebrietas cognita licet non aſſidua ſemper ſecundum ſe eſt mortale peccatum, ib. n. 7. 9
3 Ebrietas quot modis accipiatur, & quando ſit peccatum, in c. Audivimus n. 32. 39. & 63. de Reliq. & vener. Sanctor. 605
3 Ebrietatis peculiare vitium eſt, ſecretum nullum cuſtodire, ib. n. 34. & ſeqq. & n. 45. 605
3 Ebrietas quæ mala producat, ib. n. 35. 55. & 64. 605
3 Ebrietas voluntaria non eſt intrinſece mala ib. n. 37. Contrarium, num 63. 605
3 Ebrietas formalis, vel materialis, quando dicatur, ib. nu. 38. & 65. 605
3 Ebrietas incepit a Noe, qui primus plantavit vineam, ib. numer. 39. 605
3 Ebrietas licita eſt ad evitandam ſævitiam tyranni, ib. num. 41. Contrarium, num 67. 605
3 Ebrietatis tortura gravior eſt, quam tortura conſueta, ibidem num. 56. 606
3 Ebrietas eſt mater omnium flagitiorum, ib. n. 64. 607
3 Ebrietas cur ſit licita ad valetudinem corporalem, non autem ad ſalutem Reipublicæ, vel ad evitandam ſævitiam tyranni, ib. num. 65. & 67. 607
5 Ebrietas an ſit peccatum, in c. Si conſtiterit, n. 22. de accuſ. 10
5 Ebrietas dupliciter accipitur, ib. 10
5 Ebrietas continetur ſub gula, ſicut ſpecies ſub genere, ibidem num. 23. 10
5 Ebrietas contracta ignoranter, & ſine culpa, nullam pœnam meretur, ib. n. 27. 11
5 In ebrietate oportet veniam habere, ib. n. 44. 12
5 Delinquentes per ebrietatem non dicuntur ſtudioſe delinquere, ſed impetuoſe, & ideo mitius puniuntur arbitrio Judicis, num. 45. 12
5 Ebrietas voluntaria quæ dicatur, ib. n. 46. 12
5 Ebrietas voluntaria eſt culpa mortalis, ib. n. 48. 12
5 EBRIUS vino ſepultus ignorat quid loquatur, in c. Si conſtiterit, num. 8. de accuſat. 9
5 Ebrii quæ ſit pœna, ib. n. 24. 10
5 Ebrius in foro temporali, ſi ſteterit in meris finibus ebrietatis, nulla pœna tenetur, ib. n. 25. 11
5 Ebrius ſi ſua culpa in ebrietatem incidit, & ebrius exiſtens hominem interfecit, vel mutilavit, an & quando ſit irregularis, ib. n. 26. & ſeqq. uſque in finem. 11
5 Ebrius meretur duplicem maledictionem, ib. n. 31. 11
5 Ebrius, & furioſus æquiparantur, ib. n. 34. 11
5 Ebrii ſunt in duplici differentia, ib. num. 41. & 46. 12
5 Ebrii plures injuriantur, quam ſobrii, ib. n. 47. 12
5 Ebrius ſua culpa, qui in ebrietate homicidium commiſit, indiſtincte abſtinere debet a miniſterio altaris, ib. n. 49. 13
3 Ebrii teſtimonium non valet, in c. Audivimus, n. 57. de Reliq. & vener. Sanctor. 606
3 Ebrii quandoque effutiunt falſa, ibid n. 62. 606
3 Ebrioſi Regnum Dei non poſſidebunt, ib. n. 63. 606

*Eccleſia, communia.*

3 Eccleſia minor in præjudicium Papæ de libertate compromittere non poteſt, in c. Cum tempore, n. 5. & 6. de arbitr. 694
3 Declaratur, ib. n. 11. & 18. & ſeqq. & n. 38. 695
4 Eccleſia S. Hippolyti de Faventia eſt Sedes ordinaria Generalis Camaldulenſis, in c. Nullus, n. 41. de Paroch. 306
2 Eccleſia Græca ab Eccleſia Latina diſcrepare non poteſt in eſſentialibus Sacrament. in c. Cum veniſſet, n. 25. de ſacr. Unct. 446
2 Eccleſia & pupillus tenentur in eo, in quo facti ſunt locupletiores, in c. Epiſtolæ, n. 13. de probat. 125
3 Eccleſia reſtituitur adverſus contractum alias legitime celebratum, in c. Requiſivit, n. 1. de integr. reſtitut. 686
3 Eccleſia ſi ſit læſa ultra dimidium juſti pretii, non juvatur beneficio reſtitutionis, ſed experiri debet remedio juris ordinario, ibid. num. 18. 687
3 Eccleſia nulla præter Cathedralem fundat intentionem ſuper ſubjectione alterius Eccleſiæ etiam fundatæ intra limites Parochiæ alterius, etiam invito Rectore, in c. Ad audientiam, il primo, n. 10. de Eccleſ. ædific. 613
4 Eccleſia tam Cathedralis, quam inferior poteſt dici Eccleſia ipſius Epiſcopi, in c. Ut juxta, n. 21. de Offic. Ordinat. 593
3 Eccleſia eſt in Epiſcopo, in c. de cetero, n. 13. de Cler. non reſid. 38
1 Eccleſiæ omnes diœceſis in poteſtate Epiſcopi ſunt conſtitutæ, in c. Nullus, n. 6. de elect. 218
3 Eccleſiam ſecularem non poteſt Epiſcopus in Regularem erigere, nec monaſterium de novo conſtruere ſine conſenſu Capituli, in c. Paſtoralis, n. 10. de his, quæ fiunt a Prælat. 213
3 Eccleſia ſecularis ab Epiſcopo erigi poteſt in monaſterium de conſenſu quorum intereſt, & ſine præjudicio Rectoris, in c. Non amplius, n. 68. de Inſtitut. 178
3 Eccleſias & altaria dedicare ſolus Epiſcopus poteſt, non autem Vicarius, ib. n. 78. 179
5 Eccleſia S. Laurentii in Damaſo eſt titulus Cardinalis, & perpetuo aſſignata Vice-Cancellario pro tempore exiſtenti, in c. His quæ n. 30. de major & obed. 629
3 Eccleſias plures obtinens videtur ſpiritualis adulter, in c. Ad hæc, num. 3. de Præb. 85
3 Eccleſias plures habens, alteram eligere, & alteram dimittere compellitur, in c. Referente, n. 1. de Præb. 78
5 Eccleſia quid ſit, in c. Reſponſo, n. 8. de ſent. excomun. 359
5 Eccleſiæ ultroni non ſubduntur, quæ in finibus nudæ colonitatis conſiſtunt, in c. Tuas nos n. 45. de Simon. 69
3 Eccleſia via orat pro occiſo in ebrietate in c. Audivimus, n. 30. de reliq. & vener. Sanctor. 605
1 Eccleſia nunquam humanis legibus conſtringitur, in c. Eccleſia S. Mariæ, n. 16. de Conſtit. 125
1 Eccleſia eſt extra territorium judicis laici, ib. n. 38. 133
1 Eccleſiarum bona nunquam vacant, ſed ſunt de dominio, & patrimonio Chriſti, in c. Dudum, il 2. n. 20. de elect. 269
1 Et dicuntur ab Eccleſia poſſideri, ib. n. 21. 269
1 Res Eccleſiaſticæ dona Dei ſunt, in c. Cum pridem, numer 46 de pact. 650
1 Res Eccleſiaſticæ ſunt Papæ ut principalis diſpenſatoris, non autem ut domini, & poſſeſſoris, ib. n. 85. 654
1 Suſcipientes fructus, & bona Eccleſiarum, non incidunt in excommunicationem, niſi id faciant authoritate uſurpata, & ſubreptione bonorum Eccleſiæ, in c. Nuper, n. 26. de ſent. excomm. 346
3 Eccleſiæ conductitiis Sacerdotibus non committendæ, in c. Ex parte, n. 34. de offic. Vicar. 320
3 Eccleſiæ ſine ſubſtantia rerum deſerviri non poteſt, in c. Quoniam, n. 47. de jurepatr. 513
3 Eccleſiæ etiam per laicos fundatæ cum dotibus ſuis olim ad ordinationem pertinebant Epiſcoporum, ib. n. 5. 588
3 Eccleſia, vel Baſilica appellari non poteſt, niſi in conſtructione ſit eo uſque proceſſum, ut poſſint ibi divina officia celebrari, ib. num. 30. 512
3 Eccleſiæ ſi habent populum, habeat jus funerandi, dummodo cœmeterium fuerit eis ab Epiſcopo deputatum, in c. Fraternitatem, n. 4. & 6. de ſepult. 290
3 Eccleſiæ de jure communi regulariter non habent cœmeterium, ibid. n. 3. 292
5 Eccleſia vacat eo ipſo, quo Papa invitum transfert, nec ad eam datur regreſſus, in c. Quanto, n. 33. de translat. Epiſc. 319
1 Eccleſia ſecunda dicitur viduata per obitum Epiſcopi ad eam translati, ib. num. 113. 324
Vide in ver. *Viduata*.
1 Eccleſia per quorum obitum viduata remaneat, in c. Quia propter, n. 7. & ſeqq. uſque ad n. 36. de elect. 289
3 Eccleſia recipiens rem oblatam cum onere celebrationis Miſſarum facto ipſo naturaliter obligatur ad oneris implementum; in c. Significatum, n. 30. de Præb. 83
1 Eccleſia eſt cultrix juſtitiæ, nec in ſe injuſtum patitur, nec in alium tolletat, in c. Quia in Eccleſiarum, nu. 43. de Conſtitut. 100
3 Eccleſia comparatur pupillo, & jure minoris fungitur, in cap. Novit, n. 25. Ne Sede vacant. 205
3 Et ſine decreto Epiſcopi nil alienare poteſt, ib. n. 26. 205
3 Eccleſia non præſumitur quem privilegiaſſe contra ſe in c. Inter alia, n. 67. de immun. Eccleſ. 641
3 Eccleſia non eſt de territorio Principis ſecularis, ib. n. 97. 644
3 Nec habet territorium, niſi in his, quæ pertinent ad forum Eccleſiaſticum, ib. n. 98. 644
5 Eccleſia non profert ſententiam ſanguinis, in c. Si quis, nu. 1. de homic. 119
5 Eccleſia ad ſui regimen indiget viris literatis, & non porcis, vel aſinis ferratis, in c. ſuper ſpecula, n. 12. de Magiſtr. 86
4 Eccleſia per ſententiam, a qua non fuit appellatum, poteſt ſubjici inferiori Prælato, in cap. Cum inter vos, numer. 2. de ſent. & re judic. 187
4 Eccleſia dicitur pleno jure ſubjecta inferiori, cum Epiſcopus nullum jus Epiſcopale ibi exercet, ſed tota juriſdictio ad inferiorem pertinet, ib. n. 4. 187
5 Eccleſia per captivitatem Prælati non vacat vere, ſed ficte, ſeu interpretative, in c. Per tuas, il primo, n. 14. de Simon. 53
5 Eccleſia utens duplici privilegio, licet ex uno ſuccumbat, ex alio poterit obtinere, in c. Cum olim, il ſecondo, n. 1. de Privileg. 252
3 Eccleſia pleno jure ſubjecta dicitur, in qua quis habet ordinariam, & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem, in c. Tuæ, n. 7. de Cler. non reſid. 58
5 Judices ſeculares poſſunt compelli per Eccleſiam ad juſtitiam faciendam, in c. Vergentis, n 6. de Hæret. 95
5 Eccleſia ſecularis poteſt ab Epiſcopo fieri Regularis, ſed non e converſo, niſi deficientibus Regularibus, in c. Relatum, n. 7. Ne Cler. vel Monach. 664
1 Eccleſia de qua incertum eſt, an fuerit conſecrata, iterum conſecrari debet, in c. Ne innitaris, n. 189. de Conſtit. 49
3 Eccleſia quo ſenſu dicatur pollui ab indignis, in c. Veſtra, de cohabit. Cler. & mulier. n. 7. 18
3 Eccleſia non poteſt præcipere, ut officium recitetur, vel Miſſa audiatur cum attentione interna, in c. Dolentes, n. 23. & n. ſeqq. uſque ad num. 33. de celebr. Miſſar. 582
3 Contrarium, num. 58. 585
3 Declaratur, num. 64. 586
3 Eccleſia Baptiſmalis licet non ſit Curata, tamen requirit perſonalem reſidentiam, & eſt incompatibilis cum Canonicatu, vel Parochiali, in cap. Extirpandæ, §. Qui vero, num. 51 de Præben. 128


3 Con-

3 Cancellaria inter ſigna Eccleſiæ Curatæ præcipue attendit, an in ea ſit ſons Baptiſmalis, ib. n. 21. 128
1 Eccleſiarum civitatis appellatione in literis Beneficialibus non includitur Cathedralis, in c. Ad audientiam, el 2 n. 48 de Reſcript. 181
1 Eccleſia poteſt declarare Clericorum exemptionem a ſeculari poteſtate, licet de jure Divino in aliquibus caſibus non ſuffragari, in c. Magnus, n. 88. de obligat. ad ratioc. 495
5 Eccleſiæ, & Monaſteria in patria reducta quæ dicantur, in cap. Præterea, n. 74 de Prælat. vices ſuas. 74
5 In Eccleſia Collegiata ſi omnes de Collegio ſint mortui, eliget Epiſcopus non nomine ſuo, ſed nomine Eccleſiæ, ib. n. 8. 69
5 Electio, & collatio Præbendarum in Collegiata Eccleſiæ ex fundatione, privilegio, vel conſuetudine poteſt pertinere ad Epiſcopum, vel alios Clericos, ib. n. 9 69
5 Eccleſia de Saponaria Marticen. diœceſis an ſit Collegiata, ib. n. 10. & n. 13. uſque ad n. 18. 69
5 Et an electio Archipresbyteri in dicta Eccleſia pertineat ad Collegium, ib. n. 11. & n. 18. 69
5 An vel juriſdictio civilis, criminalis, & mixta in Clericos ejuſdem Eccleſiæ ſpectet ad Archipresbyterum, & qualiter, ib. n. 12. & 20. 69
5 Eccleſia ex enunciativis inſtrumentorum in antiquis probatur eſſe Collegiata ſaltem præſumptive, quoadiu non probatur oppoſitum, ib. n. 14. 69
5 Eccleſia probatur eſſe Collegiata ex fama, & communi reputatione in antiquis, ib. num. 17. 70
5 In Eccleſia Collegiata electio de jure communi pertinet ad Collegium, ib. n. 18. 70
3 Eccleſiæ Conventualis appellatione comprehenditur omnis Collegiata, in c. Nobis, n. 15. de Jurepatr. 517
1 Eccleſiarum Curatarum appellatione ex ſtylo Concilii Tridentini non veniunt Eccleſiæ Regulares commendatæ, in c. Cum ad noſtram, n. 27. de elect. 185
3 Cancellaria inter ſigna Eccleſiæ Curatæ præcipue attendit, an in ea ſit ſons Baptiſmalis, in c. Extirpandæ, §. Qui vero, n. 22. de Præbend. 128
Vide in ver. *Parochialis*, *Concurſus*.
1 Eccleſiæ Collegiatæ non debet provideri de Prælato per collationem, ſeu proviſionem, ſed per electionem Collegii, in c. Nullus, n. 5. de elect. 217
1 Collegiatæ nemo inferior a Papa poteſt Prælatum præficere, ſed fieri debet electio per illos de Collegio, ib. n. 14. 218
3 Eccleſia Collegiata quæ dicatur, remiſſive, in c. Nobis, n. 16. de Jurepatr. 527
3 Eccleſia ex quibus probetur Collegiata, in c. Poſtulaſti, n. 2. & n. 13. uſque ad n. 18. de Jurepatr. 536
3 Eccleſia non poteſt fieri Collegiata ſine conſenſu Patroni, & aliorum, qui ea mutatione ſtatus læderentur, ib. n. 3. 536
3 Eccleſiæ cum dubitatur, an ſit Collegiata, Clerici vel Patronus manutenentur in ea poſſeſſione, in qua reperiuntur, ib. numer. 4. 536
Vide in ver. *Collegiata*.

*Eccleſia quoad ædificationem, & deſtructionem.*

5 Eccleſia ædificata poſt nunciationem novi operis, deſtruenda eſt expenſis conſtruentis, in c. Cum ex injuncto, n. 1. de Novi oper. nunciat. 229
5 Deſtructa Eccleſia, vel loco propter aliquorum delicta, nullus debet vocari Clericus illius Eccleſiæ, vel municeps illius loci, ib. num. 10. 229
5 Secus ſi deſtruatur ab hoſtibus, quia omnia privilegia retinet, ib. num. 11. 229
5 Idem ſi deſtruatur terræmotu, ib. n. 13. 229
5 Et idem ſi in alium locum transferatur, vel uniatur, ib. n. 14. 229
5 Quod locum habet etiam in civitatibus, & aliis locis profanis, ib. num. 17. 230
5 Reædificatum auctoritate Superioris recuperat omnia privilegia, ib. num. 11. 229
3 Eccleſia ædificari non debet, niſi prius aſſignantur, quæ neceſſaria ſunt pro luminibus, pro cuſtodia, & pro ſtipendiis miniſtrorum, in c. Quoniam, n. 34. de Jurepatr. 513
3 Eccleſia de facto conſtructa ſine dotis aſſignatione conſecrari non debet, niſi prius fundator illam dotet, ib. n. 35. 513
3 Eccleſiam reædificans funditus dirutam ſine Diœceſani conſenſu, non efficitur patronus, ib. n. 53. 514
5 Eccleſiam conſtructam reædificare favorabilius eſt, quam de novo conſtruere, ib. n. 54. 514
3 Eccleſiam per totalem deſtructionem remanet execrata, ib. numer. 55. 514

*Eccleſia quoad immunitatem, & libertatem.*

1 Eccleſia eſt immunis tam quoad perſonas, quam quoad bona, in c. Eccleſia S. Mariæ, n. 40. de conſtit. 123
1 Eccleſia non poteſt ſe ſubmittere ſuperioritati, ac legibus Imperatoris, in c. Quæ in Eccleſiarum, n. 28. de conſtit. 99
3 Eccleſia non conſecrata, in qua divina celebrantur, gaudet immunitate, in c. Eccleſiæ, n. 1. de Immunit. Eccleſ. 646
3 Eccleſiæ appellatione venit etiam non conſecrata, ib. n. 2. 646
3 Eccleſia non conſecrata gaudet immunitate, etiamſi divina officia ibi nondum fuerint celebrata, ib. n. 5. 8. & 10. 646
3 Eccleſia non conſecrata eodem privilegio gaudet, quo conſecrata, ib. num. 6. 646
3 Et cum fundata eſt, ſpectat ad ordinationem Epiſcopi, & eſt locus devotus, & religioſus, ib. n. 7. 646
3 Statuta Præfecti Urbis ſalvant confugientes ad ipſam, ib. numer. 9. 646
3 Eccleſia interdicta gaudet privilegio immunitatis, ib. n. 11. 647
3 Idem in Eccleſia polluta, ib. 647
3 Eccleſia deſtructa gaudet immunitate, dummodo ſubſit ſpes reædificationis, & auctoritate Epiſcopi deſtructa non fuerit, ib. num. 14. 647
3 Eccleſia gaudet immunitate per circuitum quadraginta, vel triginta paſſuum, etiamſi cœmeterium minori ſpatio perſtringatur, ib. n. 18. 647
3 Niſi infra dictos paſſus alia domus laicorum interponatur, ib. num. 19. & num. 30 647
3 Quid ſervetur de conſuetudine, ib. n. 19. 647
Vide in ver. *Immunitas*, *Libertas*, *Conſuetudo*, *Statutum*, *Laicorum*, *&c. Lex civilis*, *Lex ſecularis*.
3 Eccleſia Mater, ex cujus obventionibus erigitur nova Parochia, efficitur patrona ſimul cum alio dotante, in c. Ad audientiam, il primo, n. 38 de Eccleſ. ædific. 626
3 Non acquirit juſpatronatus in Eccleſia fundata intra ſuos limites, niſi de ſuo aliquid contulerit, quamvis obligationes futuræ dicantur eſſe loco dotis, ib. n. 39. 626
3 Eccleſia nova poteſt in Parochia ædificari propter nimiam diſtantiam Parochialis, eique certa portio aſſignari ex redditibus Eccleſiæ antiquæ, in cap. Ad audientiam, il 2. n. 1. de Eccleſ. ædiſ. 622
Vide in verb. *Parochialis*.
3 Eccleſia Parochialis quandoque erigi poteſt ſine dote, in c. Ad audientiam, il primo, n. 7 de Eccleſ. ædif. 623
3 Eccleſia eo ipſo quod habet limitatam Parochiam, de jure communi debentur illi redditus ſpirituales provenientes ex prædiis intra Parochiam incluſis, in c. Cum contingat, n. 40. de decim. 319
Vide in verb. *Parochialis quoad erectionem*.
Et in verb. *Parochialis quoad decimas*.
3 In Eccleſiæ Regulari an Clerici ſeculares habere poſſint Præbendas, & beneficia, aut ſtipendia, in cap. Ad audientiam, n. 17. de Cler. non reſid. 61
3 Eccleſiæ Regulares an comprehendantur in c. Unic. de Cler. non reſid. lib. 6. & in cap. 12. §. Diſtributiones, ſeſſ. 22. Concilii Tridentini, ib. n. 19. 61
3 Veniunt appellatione Eccleſiarum, ib. n. 20. 61

*Eccleſia quoad conſecrationem, & reconciliationem.*

3 Eccleſia polluta, per Sacerdotem ſimplicem reconciliari non poteſt, etiamſi aqua fuerit per Epiſcopum benedicta, in c. Aqua, num. 1. de conſecr. Eccleſ. vel Altar. 568
1 Eccleſia per ſimplicem Sacerdotem non poteſt reconciliari, & contraria conſuetudo eſt corruptela, in c. Quanto, n. 35. de conſuetud. 200
3 Conſecrans Eccleſiam indotatam tenetur eam competenter dotare, in c. Quoniam, 36. de Jurepatr. 513
3 Et in defectum Epiſcopi conſecrantis tenetur fundator, ib. numer. 37. 513
3 Eccleſia per totalem deſtructionem remanet execrata, ib. n. 55. 514
5 Celebrans in Eccleſia polluta non eſt ipſo jure ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus; ſecus in Eccleſia interdicta, in c. Tuarum, num 4. de privileg. 245

*Eccleſia Romana, & univerſalis.*

5 Eccleſiæ Romanæ obſervantia prævalet auctoritati cujuſcunque Doctoris, in c. Henricus, n. 39. de Cler. pugn. in duell. 146
1 Ejus doctrina eſt regula fidei, in c. Ne innitaris, n. 7. de conſtitut. 35
1 Eccleſia Militans exemplata, ac diviſa a Triumphante, in c. Significaſti, n. 38. de elect. 226
1 Eccleſiæ Catholica non ab Apoſtolis, ſed a Chriſto primatum obtinuit, ib. n. 41 & ſeqq. 226
5 Eccleſia aſſimilatur Congregationi Politicæ, Conventus vel Parochiæ Congregationi œconomicæ, in c. Accedentibus, n. 14. de exceſſ. Prælat. 215
5 Eccleſia eſt unum corpus myſticum in multa membra diffuſum inſtar corporis humani, in cap. Præterea, n. 26. Ne Prælat. vices ſuas. 70
5 Eccleſiæ omnes prodierunt ex utero Eccleſiæ Romanæ, ib. numer. 28. 71
5 Et Romanæ ſubſunt Eccleſiæ, ib. n. 33. 71
4 Et quidquid habent in peculio, habent ſeparatum quodammodo a rationibus Dominicis Domini permiſſu, ib. n. 34. 71
5 Eccleſia Romana cum aliquid percipit ab Eccleſiis inferioribus, nil novi acquirit, ſed retinet quod ſuum eſt, ib. n. 35. 71
1 Eccleſiæ omnes reguntur per authoritatem Eccleſiæ Romanæ, in c. Pernicioſam, n. 36. de offic. Ordinar. 552
1 Eccleſiæ particulares ad Eccleſiam Romanam comparantur, ſicut radii ad Solem, rivuli ad fontem, & rami ad radicem, ib. num. 40. 552
1 Eccleſiæ Romanæ auctoritas in exponendis ſacris Scripturis, in c. Cum pridem, n. 45. de pactis. 650
1 Eccleſia Romana uſque ad Urbanum I. dicitur abſque redditibus vixiſſe, ib. num. 70. 653
1 Eccleſia Græca in ordinationibus, & confirmationibus ſervare debet unctiones, quas ſervat Eccleſia Romana, in cap. Cum veniſſet, n. 1. de ſacr. Unct. 443
1 Eccleſia Græca ab Eccleſia Latina diſcrepare non poteſt in eſſentialibus Sacramentorum, ib. n. 25. 446
1 Eccleſia univerſalis eſt unum corpus myſticum multorum Epiſcoporum concordi numeroſitate diffuſum, cujus caput eſt Papa, in c. Quanto, n. 60. de translat. Epiſc. 321
5 Eccleſia Romana in præjudicium ſuum non præſumitur voluiſſe quenquam privilegiare, in c. Olim, n. 17. de verb. ſignif. 381
3 Eſt caput Univerſalis Eccleſiæ, & ideo ejus eſt ad ſingula membra alimenta transfundere, in c. Significatum, num. 24. de Præbend. 82
3 Eccleſia eſt fideliſſima interpres inſtitutionis Chriſti, in c. Frater-

ternitatem, num. 54. de ſepultur. 296
5 Eccleſia authoritatem Dei habet ſuper regna, in c. Canonum ſtatuta, n. 76. de conſtitut. 20
1 Eccleſia Romana authoritatem Canonibus impertitur, ſed non eis alligatur, ib. num. 102. 22
3 Eccleſiæ intereſt habere plures Conſiliarios, & miniſtros, in c. Dilectus, n. 24. de Præb. 113
5 Eccleſia tenetur tolerare incommoda non multum lædentia propter conſuetudinis authoritatem, in c. Conſuetudines, n. 13 de conſuet. 193
3 Eccleſia vix orat pro occiſis in ebrietate, in c. Audivimus, n. 30 de Reliq. & venerat. Sanct. 605
2 Eccleſia in Canonizatione Sanctorum an poſſit errare, in c. Venerabili, n. 10. & ſeqq. uſque in fin. de teſtib. 155
2 Eccleſia quatenus poteſt debet ſe conformare judicio Dei, ib. num. 16. 156
4 Non judicat de occultis, ſed ſequitur ea, quæ apparent, licet non ſint, in c. Tuæ fraternitati, n. 24. de ſponſ. & matrim. 17
3 Ejus judicium in quæſtionibus fieri eſt infallibile, ſi Eccleſia conſideretur prout eſt unum corpus, cujus caput eſt Papa, in c. Majores, n. 17. & 21. de Baptiſm. 596
3 Secus ſi conſideretur ſeorſim a capite, ib. n. 18. & ſeqq. 596
3 Eccleſiæ corpus non eſt ſine capite, & omnis a capite defluit in membra poteſtas, ib. num. 19. 596
3 Eccleſiæ unum caput eſſe exiſtimantur Chriſtus, & Papa, ib. num. 20. 596
3 Eccleſia prout eſt collectio omnium fidelium, non eſt poſſibile, ut in unum conveniat ad determinandum quæſtiones fidei, ib. n. 22. & ſeqq. 596
5 Romanæ Eccleſiæ poteſtas dicitur nervoſa, quia non frangitur, licet in cortice vulneretur, in c. Cum venerabilis, num. 5. de conſuetud. 202
5 Eccleſia an errare poſſit ligando non ligandum vel abſolvendo non abſolvendum, in c. A nobis, il ſecondo, n. 28. de ſent. excomm. 342
5 Eccleſia poteſt mitigare duritiem legis civilis, in c. Pervenit, n. 5. de adulter. 148
5 Habet carcerem, & infligit pœnam relegationis, ib. n. 19. 150
5 Non poteſt quenquam invitum obligare ad votum continentiæ, in c. Tuæ literæ, n. 51. de Cler. per ſalt. promot. 203
5 Nunquam diſpenſat ſuper homicidio voluntario etiam ex conſuetudine, in c. Henricus, n. 28. & 33. de Cler. pugn. in duell. 146
5 Contrarium, ib. num. 34. 146
4 Eccleſia effectum ſacramenti impedire non poteſt, quando concurrunt ea, quæ ſunt de neceſſitate Sacramenti, in c. Quanto, 16 de conſuetud. 199
3 Poteſt conſtituere, ut matrimonium ratum diſſolvatur, ſi alter conjugum labatur in hæreſim, in c. Ex parte, il ſecondo, n. 5. de convers. conjugator. 434
3 Secus ſi matrimonium ſit conſummatum, ib. n. 9. 435
4 Non diſpenſat in ſubſtantialibus Sacramentorum, in c. De illis, il ſecondo, n. 28. de ſponſ. impub. 29
Vide in verb. *Diſpenſatio, Papa quoad poteſtatem, Papa quoad diſpenſationem.*
4 Eccleſia tripliciter ſe habet in his, quæ ad matrimonium pertinent, in c. Literæ quas, n. 6. de matrim. contract. contra interd. Eccleſ. 76
5 Habet juriſdictionem etiam in laicos, ut pax ſervetur, in c. Antigonus, n. 10. de pact. 640
5 Idem ubi agitur de materia peccati, ib. n. 11. 640
5 Eccleſia an potuerit ſimoniam inducere in his quæ ex ſui natura non ſunt ſimoniaca, in c. Cum pridem, n. 11. de pactis. 647
5 An re ipſa ſtatuerit, ut ſimoniacum eſſet quod prius non erat, ib. num. 15. & ſeqq. uſque ad num. 30. 648
5 Eccleſia habet fiſcum, non tamen ad explendam Epiſcoporum avaritiam, in c. Presbyteri, n. 27. de pœnis. 283
5 Ubi vertitur ſalutis periculum, multoties generaliter ſtatuit, aut prohibet ad cautelam eorum, quæ poſſunt contingere, in c. Officii, n. 34. de pœnit. & remiſſ. 305
5 In neminem judicium exercet, qui non prius in ipſam per Baptiſmi januam fuerit ingreſſus, in c. Omnis, n. 3. de Pœnit. & remiſſ. 309
3 Non poteſt quenquam invitum Religioni alligare, in c. Si quis, num. 31. & 72. de Regular. 335
3 Declaratur, ib. num. 73. 335
4 Eccleſia ſicut non poteſt nova Sacramenta inſtituere, ita nec materiam, nec formam Sacramentorum immutare, in cap. Cum veniſſet, n. 20. de ſacr. Unct. 446
4 Ordinem Sacerdotalem non tradit diverſo modo ab inſtitutione Chriſti, ib. num. 87. 451
5 Eccleſia non judicat de occultis, in c. Tua nos n. 41. de ſim. 59
4 In traditione poteſtatis apponere poteſt legem, quam vult, in c. Statuimus, n. 25. de ſupplen. neglig. Prælat. 352
5 Declaratur, ib num. 40. 44 & 46. 353
1 Poteſt agere contra Epiſcopum tranſlatum, ut redeat, in cap. Quanto, n. 35. de tranſlat. Epiſcopi. 319
3 Non poteſt juſte obligare quenquam invitum ad Religionem in genere, in c. Conſulti, n. 30. de Regul. 400
3 Exercet juriſdictionem etiam in laicos, ubi agitur, de violentia, & peccato, in c. Licet, n. 7. 13 & 14. de cenſibus. 539
4 Poteſt quoſdam inhabilitare ad matrimonium contrahendum, in c. Quod nobis, n. 25. de Clandeſt. deſponſat. 33
5 Eccleſiæ ultioni non ſubduntur, quæ in finibus nudæ voluntatis conſiſtunt, in c. Tua nos, n. 45. de Simon. 60
3 Eccleſia poteſt ſub mortali obligare ad aliquid vitandum, vel faciendum etiam cum periculo mortis, in c. Sacris, n. 48. de his quæ vi met. cauſ. 685
4 Eccleſia non judicat de occultis, ſed ſequitur ea, quæ apparent, licet non ſint, in c. Tuæ fraternitati, numer. 24 de ſponſ. & matrim. 17
1 Eccleſia non poteſt ſe ſubmittere ſuperioritati, ac legibus Imperatoris, in c. Quæ in Eccleſiarum, n. 28 de conſt. 99
5 Eccleſia quandoque errat ligando non ligandum, vel abſolvendo non abſolvendum, in c. A nobis, il ſecondo, n. 8 de ſent. excomm. 341
Et quid in Eccleſia univerſali, ib. n. 9. 341
Vide in verb. *Eccleſia Romana, &c.*
2 Eccleſiæ poteſtas non extenditur ad peccatum, in c. Licet univerſis, n. 10. de Teſtibus. 151
3 Eccleſia cum diſpenſat in voto, non diſpenſat in præcepto juris naturalis; ſed determinat id, quod cadebat ſub obligatione deliberationis humanæ, in c. Cum ad Monaſterium, n. 74. de ſtat. Monachor. 480
3 Eccleſia damnat in genere, & verbalem pœnam infligit pro crimine occulto; ſed occultum peccatorem manifeſte, & ſpecifice non punit, in c. Veſtra, num. 47. de cohabit. Cleric. & mulier. 13
3 Eccleſia in quibus caſibus habeat juriſdictionem in laicos, in c. Cum dilectus, n. 7. de ſucceſſ. ab inteſtat. 288
3 Eccleſiaſtica poteſtas non ſolet ſe immiſcere in juriſdictione aliena, ib num. 6. 288
1 Eccleſiaſtica poteſtas lege Evangelica a Chriſto ſupernaturaliter conſtituta eſt, in c. Eccleſia S. Mariæ, n. 13. de Conſtit. 120
Vide in ver. *Eccleſia Romana.*
1 EDICTA contra non revelantes concubinarios, & uſurarios publicari poſſunt ab Epiſcopo etiam non adhibitis duobus de Capitulo, in c. Pernicioſam, n. 9. de off. Ordinar. 550
5 Edictum an Epiſcopus poſſit facere, ut quilibet Clericus oſtendat titulum ſui beneficii ſub pœna privationis, in c. Licet Heli, n. 17 & n. ſeqq. de Simon 49
3 EDUCARI non debet apud ſubſtitutum ex fideicomiſſo is, cui per obitum ſuccedendum eſt, in c. Accepimus, num 4. de Pactis. 661

*Electio, communia.*

3 Electio in dubio eſt debitoria, in c. Quidam, n. 29. de celebr. Miſſar. 579
1 Electio ſecunda eſt attentata, ſi lite pendente inter duos electos, alter moriatur, in c. Ex parte n. 9. de Arbitr. 707
2 Etiamſi ſuperſtes nullum jus habeat, ib. n. 10. 707
1 Electiones duæ de eodem ad eandem non valent, ib. n. 12. 707
2 Electio, poſtulatio, & nominatio in quibus conveniant, in c. Bonæ memoriæ, n. 39. & ſeqq. uſque ad n. 57. de poſtul Prælat. 213
1 Et in quibus differant, ib n. 57. & ſeqq. uſque in finem. 214
5 Electio, poſtulatio, & nominatio fieri debent collegialiter, alias per ſubſequentem conſenſum ſingulorum non convaleſcunt, ib. num. 46. 213
1 Electio quid ſit, ib n. 58. 214
5 Electiones, & poſtulationes in Cathedralibus, & Monaſteriis quatenus ſublatæ fuerint in Gallia ex concordatis, in c. Nullus, n. 12 de elect. 218
2 Electio licet ſemper facta fuerit ex gremio unius Eccleſiæ, non tamen per hoc cenſetur præſcriptum, quominus fieri poſſit ex gremio alterius, in c. Treugas. n 64 de Treuga, & Pace. 636
5 Electores dici poſſunt actu electionis inchoato, licet non conſummato, in c. Publicato, n. 2 de elect. 308
1 Electi in ſchiſmate dicuntur hæreſiarchæ, & eorum geſta ex communi errore non ſuſtinentur, in c. Niſi cum pridem, n. 34. de renunciat. 339
3 Opponenti plura contra electum ſufficit alterum probare, quod ad caſſationem ſufficit, in c. Cum jamdudum, n. 1. de Præbend. 96
1 Conſuetudine induci poteſt, ut una Eccleſia de Collegio alterius teneatur ſibi Prælatum eligere, in c. Cum dilectus, n. 5. & 26. de conſuetud. 204
1 Conſuetudo eligendi Prælatum ex certo genere perſonarum valet, ib. num. 26. 204
1 Conſuetudo in electionibus, & beneficiorum collationibus ſpectanda eſt, in c. Cum Eccleſia Vulterana, numer. 25. de election. 282
1 Sive collationem det ſoli Prælato, ſive ſoli Capitulo, ſive alteri eorum de conſenſu, vel conſilio alterius, ib. n. 26. 282
1 Dummodo tamen ſit legitime præſcripta, ib. n. 27. 282
5 ELECTO ſufficit probare eligentem tempore electionis poſſediſſe, in c. Querelam, n. 1. de elect. 272
2 ELIGENDI jus quod habent Capitula Eccleſiarum, non eſt de jure Divino, ut male affirmat Ferrettus, in c. Nullus, num. 13. de elect. 218
3 Eligendi poteſtas ad Superiorem non devolvitur, licet quæſtio ſuper jure eligendi infra tempus ad eligendum præfixum non fuerit diffinita, in c. Quoniam, n. 21. de Jurepatr. 518
5 Ad electionis Canonicæ probationem de jure ſufficit ſolum decretum, in c. Nihil, n. 32. de elect. 300
5 Per electionem ſpirituale matrimonium non initiatur, & acquiritur electo jus adminiſtrandi in habitu, ib. n. 33. 300
3 Electio magis idonei, & collatio ſunt diverſa, & ex una ad aliam non infertur, in c. Illa, n. 32. Ne ſede vacante. 209
5 Eligendi jus ſpirituale eſt, & non cadit in laicum, in c. Cum terra, n. 9. & de elect. 266
5 Eligere eſt unum ex pluribus capere, ib. n. 13. 266
1 Electionem habens ex diſpoſitione teſtatoris, eligendo indignum privatur ipſo facto poteſtate eligendi, in c. Cum vos, n. 41. de off. Ordin. 562
1 Idem ſi habeat electionem ex gratia, vel ex privilegio, ib. n. 42. 562
1 Declaratur, ib. n. 54. 563

1 Electio dat jus in re, præſentatio vero jus ad rem, ib.n.52. 5d2
1 Electio paſſiva majorem libertatem requirit, quam activa, in c. Cum dilectus, n.23. de conſuet. 204
2 Per reſervationem Dignitatum fuit ademptum electoribus jus eligendi, in c. Nihil, n.18. de elect. 299
2 Quod tamen fuit præſervatum in concordatis Germaniæ, quibus non obſunt reſervationes non clauſæ in corpore juris, ibid. num.19. 299
1 Electio eſt favorabilis, collatio & inſtitutio odioſa, in cap. Præterea, n 8. de ætat.& qualit. 410

*Electio a quo.*

3 Electio facta a non exiſtente in quaſi poſſeſſione juris eligendi quamvis ſit nulla, tamen conſtituit eum in quaſi poſſeſſione, in c. Vidua, n 23. de Regular. 344
4 Electio non adſcribitur eligenti, ſed potius tribuenti facultatem eligendi, in c. Quod nobis, n.42. de clandeſt. deſponſat. 35
1 Electio Prælati in Cathedrali, Collegiata, vel Conventuali Eccleſia, de jure communi pertinet ad Capitulum, Collegium, vel Conventum, in c. Cum Eccleſia Vulter. n.39. de elect. 282
1 Confirmatio ad proximum Superiorem, ib.n 40 282
1 Electio Prælati in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis tributa fuit Capitulis ex conceſſione Apoſtolicæ ſedis, in c. Nulla, n.4. & 13. de elect. 218
1 Electio Prælati fit per Collegium utriuſque Eccleſiæ æque principaliter unitæ, in c. Cum cetrum, n.34. de major. & obedient. dro
8 Electio Prælati pertinet ad Canonicos, non autem ad inferiores Beneficiatos, in c. Bonæ memoriæ, n.3. de poſtul. Prælat 212
1 Electio Canonicorum de conſuetudine poteſt ad ſolum Capitulum pertinere, in c. Cum Eccleſia Vulterana, n.1. de elect. 279
1 Electio Prælati non competit Beneficiatis Eccleſiæ Collegiatæ, niſi ſint ibi ut Collegium, in c. Nullus, n.31. de elect. 219
1 Electores non poſſunt ſuffragium ferre per procuratorem, niſi ſint canonice impediti, in c. Quia propter, §. Illud autem, n.1. de elect. 292
Vide in ver. *Electionis forma.*

*Electio ubi celebranda.*

5 Electio quamvis fieri debeat in Eccleſia, tamen ſi fiat alibi, non propter hoc eſt nulla, nec annullanda, in c. Cum ex injuncto, n.19. & ſeqq. de novi oper. nunciat. 230
5 Locus non eſt de ſubſtantia electionis, ib.n.20. 230
Vide in ver. *Electionis forma.*

*Electionis forma.*

1 In electionibus forma cur introducta, in c. Publicato, n.26. de elect. 310
1 Electio non ſervata forma hujus cap. non valet, & eligentes privandi ſunt pro illa vice poteſtate eligendi, in cap. Quia propter, n.8. de elect. 287
1 Formæ electionis ſunt ſcrutinii, compromiſſi, & quaſi inſpirationis, ib.n.2. 287
1 A Concilio Trid. non ſunt ſublatæ, ib.n 20. 288
1 Electio ad Dignitates, Perſonatus, & Canonicatus in Cathedralibus Eccleſiis neceſſario fieri non debet juxta d c. Quia propter, ib.n.34. 289
1 Niſi aliud habeat conſuetudo Eccleſiæ, ib. n.35. 289
1 Electionis actus non debet eſſe ſingularis, ſed Collegialis, ib. num 37. 289
1 Electio clandeſtina quæ dicatur, ib.n.65. 291
4 Electio non valet, ſi ſit clandeſtina, in c.Si quis, n 4.de clandeſt. deſponſ. 131
4 Electio tenet, licet electi, & eligentium conſenſus eodem tempore non concurrant, in c. Licet, n.4. de deſponſ. duor. 39
1 Electio caſſari non debet niſi ad petitionem contempti, nec per alium, quam per Superiorem, & interim variare non licet, in c. Publicato, n.18. de elect. 309
1 Non vitiatur ex contemptu aliquorum, ſed caſſari debet ipſis proſequentibus contemptum, in c. Quia propter, n.39. de elect. 289
2 Electio Epiſcopi fieri debet ſecundum formam hujus capitul. ib. num.8. 287
2 Electio Prælatorum principalium Eccleſiarum Collegiatarum, qui generalem habent juriſdictionem, fieri debet ſecundum hujus c. formam, ib.n.32. 289
2 Electio debet eſſe Canonica, in cap. Bonæ memoriæ, n.75. de poſtul. Prælat. 214

*Electio per inſpirationem, vel quaſi.*

